Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


Claudii Ptolemaei ... Almagestvm Sev Magnae Constrvctionis Mathematicae Opvs

Ptolemaeus, Claudius

Venetiis, 1528 [erschienen 1529]

urn:nbn:de:bsz:31-248650

Visual Library



XVI 2 AN 360

H. 607.
G. W. 835

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

CLAVDII PTOLEMAEI

PHELVDIENSIS ALEXANDRINI
ALMAGESTVM SEV MAGNAE CONSTRVCTIONIS
MATHEMATICAE OPVS PLANE DIVINVM
LATINA DONATVM LINGVA
AB GEORGIO TRAPEZVNTIO VSQVEQVAQ.
DOCTISSIMO.
PER LVCAM GAVRICVM NEAPOLIT. DIVINAE
MATHESEOS PROFESSOREM EGREGIVM
IN ALMA VRBE VENETA ORBIS REGINA
RECOGNITVM
ANNO SALVTIS M D XXVIII LABENTE



Nequiſpiam alius Calcographus/Venetiis aut uſquã locorum
Venetæ ditionis impune Almageſtum hunc imprimat per De/
cennium/Senatus Veneti Decreto cautum eſt.

Pro clariss vro. D Ioanne Stöfflero Justingen,
mathematū Imperiis doctis. ac germanię
prepetuo Ornamento.

(1528)



CLARISSIMO IVVENI D. DOMINICO PALAVICINO

L. GAVRICVS NEAPOLIT. PROTHONOT.

APOSTOLICVS FOELICITATEM.

ANNO (A Christi Redẽptoris Die Natali) 119. labente Adrianus Traiani succeſſor Romanorũ Cæſar Auguſtiſſ. Græce & latine doctus atq; muſicorum ætatis ſuæ clariſſimus annua propemodum intercapedine ac luſtris quatuor peractis orbis imperio potitus fœliciſſime regnauit, Cui mox ſucceſſit Antoninus Anno Virginei partus. 140. fluente. ¶ Florentiſſimis profecto illis tẽporibus floruit Claudius noſter Ptolemæus Pheludiẽſis Mathematicorum oĩum quot fuere, quot ſunt, & quot poſthac aliis erunt in annis facile princeps, Apud Alexãdream uero Aegypti ciuitatẽ ab Alexandro magno cõditam interea Almageſtũ magnæ ſcilicet conſtructionis Mathematicæ opus ſane diuinũ, & uti reor, Geographiam edidit, Qui (dum. 78. ageret etatis Annũ) Salutigeræ incarnatiõis anno. 147. Diem ſuũ clauſit nouiſſimũ. Nunqd uero Apoteleſmatũ quatuor libellos, centumq; Aphoriſmos quoq; conſcripſerit, Fueritq; unus ex Aegyptioꝝ Regibus, affirmare non auſim. ¶ Georgius Trapezũtius magnũ hunc Aſtronomum Ferdinando Regi Aragonũ Sereniſſimo dicatum e Græca in latinã tranſtulit linguã, Quem Laurentius Bartolinus Abbas & Apoſtolicæ ſedis Prothonot. benemeritus Florẽtiæ urbis ac bonarum artiũ alũnus, e Vaticano exẽplari propriis ſumptibus trãſcribendũ curauit. Quatenus tã eminẽtiſſimi huius Authoris uigiliæ ac labores ad hãc uſq; etatẽ ſqualleſcentes ac ſitu pœne obruti, diſciplinarum ſtudioſis promulgarentur. ¶ Nos autẽ Anno Chriſtianæ lyturgiæ. 1527. ad florẽtiſſimã Vrbem Venetam orbis & urbium Reginã Tutiſſimum plane omnibus perfugium (auſpicato fidere) ſeceden, tes, Aliunde cœli inclementiam, utpote urbis excidium, depopulationes, Bella horrida, famem & epydimiam, quæ uniuerſam prorſus Italiam inuaſerãt (quom multo ante Cauricana ꝑuiderit Vranie) celeriter effugiẽtes, Ne tempus fruſtra cõtereretur. Difficillimũ almæ huius Mathematicæ cõpoſitionis uolumen diligẽti examine caſtigauimus. Immo in totius ferme operis margine paſſim pleraq; adiiecimus Schẽmata, Paraphraſes, Annotamẽta, & Gloſulas (In qbus ꝑcipue locis) lía ſub obſcuriora aliqũ ãtulum uidebatur. Si qñ aũt aut numeroꝝ ſeries delirabat, aut erroris quidpiam cõtigerat, Neceſſũ erat mihi cõferre Latina cum Barbaris, Græca aũt cũ latinis cura ſtudio atq; ſolleꝛtia Clariſſimi uiri Caroli Capellii Patrici Veneti utraq; lĩgua doctiſſimi, Et Mathematices apprime ſtudioſi, præditiq; ut ingenio admirabili ita & iudicio excellenti. Sed poetica præſertim atq; oratoria facultate celeberrimi. Interdum etiam, quom nonnũq; (ob publicas occupationes) opera huius præſto mihi eſſe non poſſet, Vſus ſum doctiſſimo uiro Nicolao Petro Corcireo, Latinis Græciſq; literis eruditiſſimo. ¶ Verum haſce noſtras lucubrationes Tibi Dominice Palauicinorum ueluti ſidus fulgentiſſimum libenti quidem animo ſacrauimus. Tu enim adoleſcens clariſſime non modo eximia corporis præſtantia, ac (Digna quidẽ imperio) Diuina quadam Maieſtate refulges. Sed (ut opes affluentiſſimas taceam) Geographica, Orphica, Poetica, Oratoriaq; diſciplina præclarus, Mœcenatem illũ Tuſcum imitatus Aſſidue Munificus, Magnanimus, atq; animo Cæſareus ſingulos quoſq; ingenii qua uis dote refertos, benigne admodum ſuſcipere, uenerari ac fouere conſueuiſti, Quinetiam ampliſſimis quotidie largitionibus proſequi exaggerareq; non dubitaſti. Vnus igitur inter cœteros (quos noram) Italiæ principes, Noſter Dominicus Cauricorũ dominus atq; patronus omni prorſus laudum præconio digniſſimus

Iure quidem tanto cenſetur munere dignus,
Inclita res tanto Principe digna meo,
Egregium cuius nomen celebrabitur orbe,
Dum radios tribuet Sol tibi luna ſuos,
Dum colluſtrabunt Epicyclos Iuppiter, Hermes,
Falcitenens, Mauors, Cynthia, pulchra Venus,

τελος

Fœlix cui conſtant bona corporis, & bona mentis,
Nec ſunt fortunæ munera parca Deæ,
His fulget noſter Mœcenas dotibus, Ergo
Fœlix, Neſtoreos dent modo fata dies,

ΓΤΟΛΕΜΑΙΟΣ.

Οὐ δ᾽ὅτι θνητὸς ἔφυν, καὶ ἐφάμερος· ἀλλ᾽ὅτ᾽ ἀπάντων
ἴκνέομαι κατὰ νοῦν ἀμφιδρόμους ἐλίκας·
οὐκέτ᾽ ἐπιψαύω γαίης ποσίν· ἀλλὰ παρ᾽ αὐτῷ
ζηνὶ διοτρεφέος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

Franciſci Capellii Caroli filii

Noui Me(ut Morerer)natum/Quem labilis æquet
Vna Dies/Sed cum ſidera mente ſequor/
Non iam Attingo ſolum pedibus/Sed propter olympi
Regem/Diuina Compleor Ambroſia/

Herculis Girlandi Mantuani

Sum Mortalis/Certa Diem nec Vita per unum/
Aſt ubi Mens alti fertur in Aſtra poli/
Haud Terram Attingo pedibus/Sed cum Ioue ſummo
Diuina fœlix expleor Ambroſia/

L. Gaurici Neapolit.

Me ſcio Mortalem/Mediam nec Vita per horam
Certa ſatis/Sed Mox Vertice tango polos/
Quom iam Sydereos Contemplor Mente Rotatus/
Et fœlix Diuum perfruor Ambroſia/

PROHAEMIVM
AD SANCTISSIMVM DOMINVM SIXTVM PON. MAX. ANDREAE TRAPEZVNTII GEORGII FILII IN PATERNAM ALMAGESTI PTOLEMAEI TRADVCTINEM PREFATIO.



EVOLVENTI MIHI NVPER LIBROS Patris mei Georgii Trapezuntii uiri optimi/& omni doctrinarum genere insignis/Beatissime pater/obtulit se magna illa Ptolemæi compositio: Quã almagestum uocant ab eo in latinum e Græco conuersa. Sed inimici factione atq; odio ex inuidia conflato nondum emissa: quã (ut attigi) statim percussit animum acerbus ille & pene sopitus ac euulsus dolor uetustate. Qui omnem mihi ueterem calamitatem atq; miseriarum acerbitatem cumulumq; renouauit. Nam fœliciſſimum illud trapezuntii ingeniũ uitaq; omnis Sanctissime acta laboresq; sui & studia pro cõmuni eruditione sponte susceptа/quo tempore fructu aliquo recreari debebant/in eo perditissimæ animorum declarationes/ac iuriarum moles/ab his/quos summis beneficiis deuinxerat/extiterunt. Nõ enim eos reliquis in artibus peruagata Iam trapezuntii fama/eruditorum consensu celebrata adeo sollicitabat. Sed Ptolemæi operis omnium difficillimi eisq; minime cogniti splendore plurimum agitabat. Cum trapezuntiana industria in gloriam nominis sempiternam/latinis hominibus Tum primum refulgeret: Atq; cum ipsi & literarũ ubertate & ingenii acumine doctis illa ætate uiris p̃stare se arbitrarẽtur: ea uero conuersione ab uno Trapezuntio Se facile superari uiderent: omne eorum studium factionemq; omnem ad acerbissimas in eum uexationes cõportarunt. Ita partim sua ipsi potẽtia Partim Mercendariorum conductu/non libros Trapezuntianos obruere modo cupierunt. Sed communem quoq; illum innocẽtissimi hominis spiritum de hominum genere optime meritum per sũmum scelus omnibus p̃fidiis interclusis eripere tentauerunt. Quorum compresso odio ex inuidia collecto iam erumpente nisi in articulo tẽporis concidere Maluissemus/a ceruicibus nostris furorem illum Scythicum omni ratione depellere oportuit. Has inuidiæ tempestates per potentes inimicos concitatas. Diuus ille Alfonsus/Regum omniũ (quos p̃sens omnium memoria longius repetere potest) Præstantissimus/cum accepisset Statim Trapezuntium per literas ad se/Neapolim cõmune doctorum refugium Portumq; tutissimum accersiuit/Et desponsa in annos singulos non mediocri pecunia/comiter benignæq; suscepit. Tot igitur tãtisq; calamitatibus & familiæ cura oppressus dilaceratusq; Trapezuntius/Traductionem ipsam plurimis annis elaboratam compressit. Cuius editio ab eo eximebatur/ut remissa aliquando uel secessu inuidia/uel humanitate sopita/uel uetustate consumpta sua tandem cum Animi tranquillitate & fortunarum reintegratione nostris hominibus diuulgaretur sed decurtata/potentis inimici factione uita/Morte Antea preuentus est q̃ inscribere quæq; posset. Quo mortuo uaria ipe rei familiaris cura distractus nõ adhibere in libri dicationem omnium potui. Sed cũ iam omnis ea sollicitudo studiumq; huiusmodi deferbuisse uideatur: Conuerti me tandem ad literas longo interuallo reuocatas: Atq; quotidiano conuicio hominum qui a me hoc Munus non postulabant/Sed efflagitabant/non sum passus debere diutius Quin iam iã attrectandũ eis retinendumq; dimitterem: Cum sepe igitur diuq; ipse mecum cogitarem Cui potissimum id laboris dedicarem unus Tu ex omnibus pricipibus/Quos nostra ætas Alit dignissimus occurristi/Cui paternas uigilias Merito desponderem/Digna enim mihi uisa res est & summo certe digna Pontifice: Vt

hæc Cœlestium corporũ inferiora turbantium Diuina Ptolemæi demonstratio tibi inscriberetur: Qui humanarum rerum omnium pariter & diuinarum Pontificatũ inieris/Tuæ uirtutes tum singularisq; religio ac pietas tanta/Quanta dei optimi Maximi Vicarium decet/eam tibi dignitatem Iam pridem promittebat: ad quam Cœlestium contemplationum uidetur dedicanda esse doctrina. Q. d si uel totius Philosophiæ/uel actionis uitæ/uel præclarissimarum tuarum laudum gloria mihi nunc non explicanda/Sed recẽsenda esset/omnibus liqueret profecto/naturam ipsam Te unum ex oĩbus delegisse: In quo ornando omnes suas uires doteisq; suas oẽs effunderet. Ea enim in te bonitas est/is fidei cultus/ea iustitia/id religionis studium/ea deniq; sanctimonia ut cum nullus Tibi non anteferri sed ne comparari quidem possit. Video te in horum temporum fœlicitatem diuinitus Pontificem Maximum esse declaratum qui tua singulari uirtute propeq; diuina/Solus effecisti/ut dum omnium honorum genera speneres: omnium tamen dignitatum culmen pro summis tuis uirtutibus adipiscereris ut non ad sũmam Imperii maiestatem Ambitionum studio/Sed cunctis Apostolici Senatus suffragiis: omnium Præterea Gentium atq; populorum consensu & desiderio uocauere/quo quidem tuo facto/Cæteris ad uerã uirtutis laudem aspirantibus diuinum imitandi tui exemplum præscripsisti: atq; ad dignitates sectandas easdemq; pure Casteq; Adipiscendas uiam formamq; contulisti/At cum singulare illud tuum ingenium ad Veritatis studiũ contuliſſes/omneq; tuæ uitæ tempus ad rerum diuinarum rationes exquirẽdas transmisisses/breui adeo tempore omnem Philosophiæ ac Theologiæ cognitionem absolutissime atq; locuplentissime hausisti/ut neq; nostra neq; maiorum nostrorum ætate aut ingenii acumine & celeritate aut disputatione & memoria/aut subtilissimarum rerum & pœne incomprehensibilium perceptione/quisq; tibi proxime accesserit/ quibus artibus & disciplina apud omnes ita fama floruisti/Vt cum nihil iam ribi ad decus/Nihil ad laudem operis supereſſet/quo illustrior & acceptior per omnes populos uolitares: Vitam tamen integerrimam adiunxisti/publicam utilitatem priuato usu prætulisti. Quæ omnia & si clarissima in te uno fuerunt q̃ in singulis singula/Multo tamen fateor tua uitæ institutione fuisse clariora Atq; illa magis tua uirtute augeri: q̃ tu ab illis auctus inueniaris: Iam uero si benignitatem/Clemẽtiam/ Liberalitatẽ/Innocẽtiã/Magnificẽtiã attingere licebit: quis te ullo laudis genere præstantior/aut splendidior inuenietur? quo uno literarũ sacrario & uirtutũ officina nõ solũ Romana ecclesia plicate tranquilleq; regitur. Sed ipsa quoq; Vrbs tuis aspiciis & meritis aucta & illustrata pristinam dignitatem sibi restitutam Lætatur. Quis enim non iuræ lætabitur Tantã in te Animi Magnitudinem? Tantos erga Deorum Immortalium templa/ac in Vrbis elegantiam pecuniarum aceruos esse profusos. Cum hæc tua edificia Studio singulari/Splendore admirabili/ Multitudine infinita/Tam celeriter & expleueris & inornaueris? qui plura breui Tempore Magnificentius effeceris/q̃ cœteri memoria nostra Pontifices in tam rerum diuturnitate affecerint. Testis est Diui Petri Aduincula in ueteri curia Templum parietibus & Sarcto tecto in admirabilem Iocunditatem sumptuoso opere exedificatum: Testis ipsa duodecim Apostolorum Ecclesia diruta antea. Nunc tua ope ad amplitudinem Mœcenatisq; operis Splendorem reuocata. Testis Terræ Cœliq; moderatoris diui Petri Basilica Quæ tuo ductu & Impensa auro irradiatur. Et elegantiore Ornatu illustrata circunspicitur. Testis Diui Stephani & Vitalis/reliquorumq; deorum ædes & delubra/Vrbis etiam solitudine obsoleta/ Tua unius opera & impensa Locata/ Collocupletata & Ornatiora q̃ erant in hominum oculis collocata/Testis sacrarium illud Matris Dei ad portam flamineam/nouo opere fornicibus Marmoratis instructum. Cuius aditus diuini numinis religionem: immo Religionem ipsam prefefert. Pontem uero illum tuum fœlicibus auspiciis excitatis ab aqua fundamentis: Murmuri Tiberino impositum: adeo Tiburtino lapide præstantem/ut tanta mole nihil Antiquati remittatur: Cum non Ianiculum modo ipsum: uerum Vrbs tota & artificio & impensa & utilitate illustretur. Quis satis digne efferre poterit: præsertim eum Valentianum Pontem Ianiculum & Vrbis insulam continentem tantopere ante/

cellat? Valitudinariam uero illam ſancti ſpiritus/hoſpitalemq; egrotorum ſedem cottili latere ad Tyberis ripam tam elegantiſſime atq; lautiſſime ædificatam: qua nihil ad uſum melius/ad ſpeciem pulcrius: ad gloriam diuturnius deſideratur: Quantam tui animi amplitudinem/Miſericordiam/Caritatéq; denotat? Sed quid ego aut uiarum deſcriptionem/aut arearum laxitudinem/aut edificiorũ & templorũ totius urbis ſplendorem iam ſuæ uetuſtatis amplitudinem ac ſuauitatem agnoſcentis pluribus exequar? aut ſingula memorem? cum ipſius ciuitatis urbs tota/tam eiuſmodi in reb⁹ profuſionem ac ſtudium tuum in primis adeo circumferat/ut deformata antea nunc per te luculentiſſime exornata/non lætari modo de tuo ponſificatu/Sed geſtire prope omnibus uideatur: & quo diuturnius id ei in hac ſumma tranquillitate pacis & otii per te ſit/diis præſidibus ac omniũ rectori & moderatori deo pientiſſime cõprecatur/Ad hanc igitur tui gloriam recognoſcendam & litterarum monumentis immortalitati cõmendãdã/omnes qui grati eſſe uolent/quicqd ſtudii ab eis impendi poterit/Nauare operam pro uiribus debẽt/ne officio in te ſuo/& quidem cum uitio defuiſſe uideantur/qui ſi cui uel facultas defuerit/uel tempora denegauerint/uel domeſtica cura retardauerit/uel ratio alia traduxerit/nihilo tamẽ minus uoluntate & mente quæ bono cuiq; præſto eſt: referre tibi pro benemeritis gratias debet/Ego uero ne in quo cæteros commoneo accuſer ipſe: & ne longi⁹ mea uagetur oratio/ad officium tandem reuertar meum: ¶ Alexandriam pater beatiſſimę ſime Ptolemæi noſtri urbem: totius prouinciæ ægypti opulentiſſimam ſedem maxime claruiſſe ferunt: Quæ tametſi rerum omniũ iocunditate & Vbertate abundaret: conditoriſq; ſui nobilitate urbes omnes anteiret/liberalium tamen artium ſtudio & doctrina defloreſcente: in grætia adeo floruit/ut uel ĩ medicina is doctior haberetur qui Alexandriæ operam ſe dediſſe fateretur/Multos tulit ea Ciuitas doctiſſimos homines gloriæ celebritate a ſcriptoribus exornatos: Ariſtarchũ/grammaticũ: Herodianum: Dydimum: Amenium: Stoicum: Antipatrum: Diogenem: Archelaũ: Diodorum: morum etiam grauitate ac uita Antenodorum Cæſaris præceptorem: & alterum quem Cordylon appellant: qui cum Catone & uixit diutiſſime & apud eũ placidiſſime functus eſt uita/Neſtorem item achademicum Marcelli Octauiq; Pedagogum/Cum plures præterea alios in omni doctrinarum genere perfacũdos: & eruditos/ſed bona omnium uenia dixerim/eduxit (Antonino imperante) hunc Ptolæmæũ Regia ſtirpe Oriundum/omnium ſane philoſophorum quos illa aluit & litteris & ingenio & uirtute facile principem. Qui cum in Cleopatram Ptolæmeorum regnum ſub octauiano redacta in prouinciam ægypto deſiiſſet: priuatus ipſe/regio tamen animo & ingenio non ad ſordida artificia/non ad uitam deſidioſam/nõ ad receſſum in ſolitudinem ſe addixit/uerum in illo tunc celeberrimo Alexandrinæ urbis gymnaſio haud obſcuris facultatib⁹: totum ſe ad litteras contulit/atq; in primis in philoſophia præclara humanæ ſocietatis parente/Auctore illo ſuo naturæ interpete Ariſtotele contenta/deinde in mathematicis diſciplinis (quibus uagantia Cœlo ſidera cognoſcuntur) & quibus ſuccurrẽdum uidebat: plurimum inſudauit etatéq; omnem contriuit/nam quom ipſo ueri inueſtigandi amore raperetur/uideretq; cæleſtia corpora in hoc corporato & aſpectabili mundo/agitatione continua: & diſpari fluitante nunquã uariari ſupera illa complexus eſt: quæ ratis ordinibus/immutabiliſq; conſtantia/& certitudine demonſtrationis rectiſſime cognoſcuntur/atq; perfectiſſime ſciuntur: ubi perpetuorum corporum interualla/magnitudines: conuerſiones/anfractus uarii multipliceſq; naturæ: perinde animo & ratione cernuntur: atq; illa quæ oculis ſubiecta perſpiciuntur/ut uiuere in terris homines: & cum diis ipſis in tanto diuino Cœli ornatu uerſari uideantur/quarum cæleſtium rerum Motuumq; ſcientiam priſci illi exquiſito ingenio uiri agitatione certa Et uetitate commoti: & primã omnium queſiuerũt & omnium ultimã inuenerũt/Expleuit uero & penitus abſoluit Ptolemæus unus omniũ doctiſſim⁹ & ingenii ſubtilitate uſq; eo acerrimus/ut in aſtrorum ſpeculationem e naturæ ſinu/naturam ipſam

exorſerit/ pſouocauerit/incertamenq; deduxerit:is enim ſolis lunæq; Magnitudinē uolutiones/Proportiones/incrementa detrimentaq; ſatis a maioribus cōmode tradita extitiſſent.Errantium uero fixarūq; ſtellarum ratio:& motus nō inſtitutis certis & doctrina/Sed inſtrumentis etiam ab Hiparco perquiſitis non ratam & perpetuā demonſtrationis uiam afferre uoluit/huic quoq; parti homo non ſibi ſed aliis natus ita conſulere/quo deinceps nihil ad aſtrorum conſumationem/diſciplinæ eſſet amplius a quo/q̄ poſtulandū/itaq; his ſuis libris ambitus/ſtationes/Curſuſq; ſiderū/ac eorum motum omnem & ſtatum(res profecto cognitu dignas omniumq; difficillīmas)ſubtiliſſime agreſſus inueſtigauit/recte ab aliis inuenta comprobauit/depraua/ta correxit:ut ſolus de admirabilitate Cæleſtium rerum nullis anguſtiis aut conciſſis diſputationibus illigatus commodiſſime ſcripſerit/acute enodauerit/cumulatiſſīme ſatiſſecerit/Atq; eam diſciplinam Græcis hominibus quos nondum ea Cæleſtis ſcientiæ gloria attigerat:non ipſius ſcientiæ terminis:ſed ſui ingenii finibus abſolutiſſime importauerit.& cum nihil diminuti:Nihil ſuperuacui/nihil præter rem/ab eo ſcriptum ſit.Nullus ad eius inuenta & ſcripta potuerit aſpirare/Harum igitur tā/tarum maximarumq; rerum momenta & rationes græcis litteris ab eo explicatas/A Patre autem meo(ut diximus)in eius tantis calamitatibus latinas editas/tuæ ſancti/tudini deſpondeo/ut ſub tui numinis tutela conſecratæ ardorem iuidiæ reſtinguāt & in cōmunē utilitatem propter quam tanti labores ſuſcepti ſunt:felicibus tuis au/ſpiciis diuagentur:Ac ſi quando tibi ab hac rerum omnium procuratione & mole/animū uendicare recreareq; licuerit: Poſſis nouo hoc opere/numeris lineiſq; inter/ſtincto diuinum Ptolæmei ingenium diuinis in rebus cognoſcere/Quamobrē ſi labores noſtri a tua ſanctitate probabunt̄.Enitar profecto reliquis Trapezontianis libris nondum cuiq; inſcriptis/Mea in te pietate/rurſus tuoꝝ in nos meritorū ratione preſentibus poſteriſq; conſtare:Qui ſi præacceptis beneficiis partem gratiam referre non potero:id ſaltem quod implere poſſum profiteor & repromitto: Nullū ſilicet ſuſceptorum beneficiorum officium apud me inter moriturum/quorum magnitu/dinem memoria colā ſempiterna.Accipiat ergo tua ſanctitudo benigne(ut ſolet) opus multis lucubrationibus a patre meo elaboratum/qđ & ſi aliquibus p̄ tua pōti/ficia dignitate non dignum ſore uidebitur Tui animum Tamen offerentis & abdita rum ſcientiam rerum his euolutam libris minime abs te aſpernari ſcio non enim hominib9 crimini aut fraudi fuit Deum immortalem ſamiis uaſis/cultuq; tenuiſſimo coluiſſe:& ſimul me non præterit Magnum illum Alexandrum/Antigoni Arthaxaxem offerentis ſtudium magnopere comprobaſſe.

TABVLA

HAEC SVNT QVAE IN ALMAGESTO SEV. XIII. LIBRIS CLAVDII PTOLAEMEI MATHEMATICAE CONSTVCTIONIS HABENTVR.

LIBER PRIMVS

	Cap.	Car.
Prohemium/Siue Proloquium/Prologus	1	1
De ordine huius doctrinæ:& constructione speculationum	2	1
Qđ sphericum est Globiq; modo cœlum circũuoluitur	3	1
Qđ Terra quoq; Spherica sit ad sensum quantum ad uniuersas ptes	4	2
Qđ terra in medio cœli sita sit	5	2
Qđ terra quasi punctum est ad celestia comparata	6	3
Qđ terra nullo motu progressiuo moueatur	7	3
Qđ duplex in cœlo primorũ motuum differentia est	8	3
De particularibus deprehensionibus:ibi. Sed uniuersales qdem p/libationes summatim atq; per capita ita breuiter.	9	4
De quantitate rectarũ linearũ quæ in circulo perducuntur:cum tabulis Arcuum & chordarum	10	6
De Arcu qui est inter tropicos	11	8
Theoremata quæ ad sphæricas demonstrationes præmittuntur & de figura sectoris sphærica	12	9
De arcubus qui sunt inter æquatorem & circulũ obliquum	13	9
De ascensionibus in sphæra recta	14	10

LIBER SECVNDVS

De uniuersali orbis terrarũ situ qui a nobis habitatur	1	11
Quomodo maximæ diei data magnitudine/dantur horizontis Arcus qui ab æquinoctiali & circulo obliquo intercipiunt	2	11
Quomodo(eisdem ipsis suppositis)eleuatio poli detur	3	11
Quomodo inueniendum quibus & quando ☉ in uertice sit	4	12
Quõ Gnomonũ/æquinoctialis tropicæq; umbræ i meridieb9 capiãt	5	12
Expositio proprietatũ per singulos paralellos	6	12
De Coascensionibus signorũ & æquatoris in sphæra decliui	7	14
Expositio decamoriarũ ascensionũ seu tabula ascẽsionũ p. x. gradus	8	16
De iis quæ particulariter ad ascensiones sequuntur	9	17
De angulis atq; arcubus qui in zodiaco circulo & meridiano fiunt	10	18
De angulis atq; arcub9 q ab eodẽ obliquo orbe atq; horizonte fiũt	11	18
De angulis atq; arcub9us ad eũdem circulũ ab illo fiunt qui est per polos horizõtis.	12	19

LIBER TERTIVS

De magnitudine Annui temporis	1	24
De magnitudine anni & particularibus ☉ æqualibusq; motibus	2	24
De supputationib9 æqualis circularisq; motus	3	27
De apparente inæqualitate solari	4	28
De particularibus inæqualitatis ☉ portionibus	5	29
De tabulaꝝ differẽtiæ inæqualitatis ☉ cõpositione	6	30
De positione tabularum motus ☉ diuersi	7	30
De inueniendo loco medii motus ☉	8	31
De motus solaris ☉ computatione	9	31
De Diei naturalis inæqualitate	10	31

TABVLA

LIBER QVARTVS

	cap.	car.
A quibus obseruationibus ☽ Accidentia examinanda sunt	1	32
De periodicis ☽ temporibus	2	32
De ☽ motibus æqualibus secundum partes suas	3	33
Expositio Regularum quæ medios ☽ progressus continent Seu Tabulæ mediorũ æqualiũq; motuum ☽	4	34
Q. d etiã in simplici suppositione ☽ tam excentricitatis q̃ epicycli suppositio eandem faciat apparentiam	5	37
Primæ ac simplicis lunaris inæqualitatis demonstratio	6	38
De Emendatione mediorũ lõgitudinis & ĩæqualitatis motuũ ☽	7	40
De locis æqualiũ ☽ motuum tempore Nabonassari	8	41
De emendatione mediorum motuum latitudinis ☽ & de locis ipsorum In primo Nabonassari Anno	9	41
Expositio tabulæ primæ ac simplicis inæqualitatis ☽	10	42
Q. d non penes suppositionum sed cõputationum differẽtias ☽ inæqualitatis quantitas diuersa est ſm hypparcum	11	42

LIBER QVINTVS

De constructione instrumenti quod Astrolabium uocatur	1	43
De suppositione quæ ad duplicẽ ☽ inæqualitatem pertinet	2	43
De quantitate hui9 inæq̃litatis ☽ q̃ penes distãtiã suã a ☉ accidit	3	44
De proportione excentricitatis lunaris Circuli	4	45
De lunaris epicycli declinatione	5	45
Quõ per lineas a motib9 periodicis Verus ☽ motus inueniatur	6	46
Expositio uniuersalis tabulæ lunaris inæqualitatis	7	46
Canon uniuersalis lunaris inæqualitatis Seu tabula diuersitatis ☽ uniuersalis	8	47
De uniuersali calculo lunari	9	48
Q. d nulla dria fiat ĩ ♂ atq; ♃ penes excẽtricũ lunæ circulum	10	48
De aspectibus diuersitatis ☽	11	49
De constructione ĩstrumenti quo aspectus diuersitatis capit'	12	49
Lunarium distantiarum demonstratio	13	49
De quantitate diametrorum ☉ & lunæ & umbræ quæ in ♂ et ♃ perspiciuntur	14	50
De Solari distantia & iis quæ simul cum ea demonstrãtur	15	51
De magnitudine ☉ & ☽ & terræ	16	51
De particularibus aspectuum diuersitatibus ☉ & lunæ	17	51
De tabula diuersitatis aspectuum	18	52
De diuersitatibus aspectuum discernendis	19	53

Empedocles duplã esse a terra ad ☽ distantiam asseruit

Quidã uero mathematici diligentius pscrutantes decies octies

Eratosthenes solem distare a Terra. 308. stadiorũ Myriadas 3080000. Stadiorum 385000. Miliariorũ

Lunam uero a Terra. 78. Myriadas stadiorum 780000. Stadiorum 97500. Miliariorũ

LIBER SEXTVS

De coniunctionibus atq; oppositionibus solis & lunæ	1	55

TABVLA	Cap.	Car.
Quũ mediarũ cõiũctionũ atq; oppõnũ cõponẽdæ sint tabulæ.	2	55
De synodis atq; pleniluniis	3	55
Quũ periodicas & ueras cõiũctiones & oppõnes cõsiderare oportet	4	57
De eclypticis ☉ & ☽ terminis	5	58
De distantia eclypticorum Mensium	6	59
De tabulis eclypticis	7	60
Tabula eclypsium luminarium	8	63
Luminarium eclypsium computatio	9	64
Solarium eclypsium computatio	10	65
De inclinationibus quæ in eclypsibus fiunt	11	66
Tabula declinationum & inclinationum	12	66
Inquisitio inclinationum	13	67

LIBER SEPTIMVS

Quã stellæ non erraticæ semp eundem inter se sitũ seruent	1	68
Quã nõ erraticarum etiam sphæra motu quodam ad successionem signorum progreditur.	2	69
Quã in polis circuli obliq ad successionẽ nõ erraticarũ ✳ sphera mouet	3	69
De modo descriptionis fixarum	4	72
De constellationibus in Sphæra solida fabricandis	5	72

LIBER OCTAVVS

Expositio tabularis cõstellationis hemispherii Australis	1	79
De lactei circuli situ	2	85
De sphera Solida fabricanda	3	86
De propriis erraticarum aspectibus.	4	87
De coortibus & in medio cœli locationibus cooccasibusq; fixarũ	5	88
De apparitionibus & occultationibus fixarum.	6	88

LIBER NONVS

De ordine globorum ☉ & ☽ cæterarũq; stellarũ erraticarũ.	1	89
De difficillimo suppositionũ modo in .5. planetis.	2	89
De periodicis restitutionibus .5. planetarum	3	90
Tabulæ mediorũ motuum lõgitudinis & inæqualitatis .5. planetarũ	4	91
De iis q̃ p̃mittunt ad doctrinã motuũ .5. planetarum	5	98
De modo & differentia suppositionum	6	98
Demõstratio maximæ ☿ lõgitudinis & motus eius	7	99
Quã ☿ stella bis p̃xima terræ in una reuolutione fit	8	100
De proportione ac magnitudine inæqualitatũ ☿	9	101
De periodicis ☿ motibus	10	102
De locis periodicorum motuum ☿	11	103

LIBER DECIMVS

Demonstratio maximæ longitudinis stellæ ♀	1	103
De epicycli ♀ magnitudine	2	104
De proportionibus excentricitatis stellæ ♀	3	104
De emendatione periodicorũ ♀ motuum	4	104
De locis periodicorũ motuum stellæ ♀	5	105
Hæc p̃mittunt ad ea q̃ de reliqs planetis demonstrant	6	106

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Demonstratio excentricitatis & maximæ longitudinis ♂ 7 106
Demonstratio magnitudinis epicycli. ♂ 8 108
De emendatione periodicorum motuum ♂ 9 110
De locis piodicor ♂ motuũ tempore Nabonassari. 10 110

LIBER VNDECIMVS

Demonstratio excentricitatis & maximæ lõgitudinis stellæ ♃ 1 111
Demonstratio magnitudinis epicycli ♃ 2 113
De emendatione periodicorum motuum ♃ 3 113
De locis periodicorum motuum ♃ 4 114
Demonstratio excentricitatis ♄ & maximæ longitudinis eius 5 114
Demonstratio magnitudinis epi. ♄ 6 116
De periodicorum. ♄. motuũ emendatione. 7 117
De locis periodicorum. ♄. motuũ tpe Nabonassari 8 118
Quomodo a periodicis motibus apparentes ac ueri capiantur 9 118
De faciendis inæqualitatum tabulis 10 118
De computatione motus longitudinis. ♄. planetarum 11 121

LIBER DVODECIMVS

De iis quæ prætermittuntur ad Regressus planetar demonstrandos 1 122
Demonstratio Regressuum. ♄ 2 123
Demonstratio Regressuum. ♃ 3 124
Regressuũ ♂ Demonstratio 4 125
Regressuum ♀ demonstratio 5 125
Regressuum ☿ Demonstratio 6 126
Computatio tabulæ Stationum 7 127
Tabula Stationum. ♄. planetarum. 8 128
Maximarum a ☉ distantiarum. ♀. atq; ☿ 9 128

LIBER DECIMVSTERTIVS

De suppositionibus q̃ ad motus latitudinis. ♄. planetar pertinent 1 130
De modo motus latitudinis secundum suppositiones inclinationũ atq; obliquationum. 2 130
De singularum inclinationum magnitudine 3 131
De cõponendis particulariũ latitudinis motuũ tabulis 4 132
Tabula latitudinũ. ♄. planetarum 5 136
Calculus Remotionis. ♄. planetar fm latitudinem 6 139
De apparitionibus atq; occultationibus. ♄. planetarum 7 139
Q. d etiam Apparitio ♀ atq; ☿ propria cũ suppõnib9 ad unguẽ fit 8 140
Doctrina ad particulares a ☉ distãtias apparitionũ atq; occultationũ 9 140
Tabulæ apparitionum & occultationum. ♄. planetarum 10 141
Conclusio totius uoluminis 11 141

MAGNAE COMPOSITIONIS CL. PTOLEMAEI ALEXANDRINI LIBRI A GEORGIO TRAPEZVNTIO E GRAECO CONVERSI PER L. GAVRICVM CASTIGATI



Eroptime mihi videtur o Syre. Qui bene philosophati sunt, Speculatiuam philosophyæ partem ab Actiua seperasse, Nam & si actiuæ accidat parti: Vt prius speculatiua sit, Magnã tamen differentiam in ipsis inuenies, non solũ quia nõ nullæ uirtutes morales absq; disciplina etiã multis in esse possunt: Cum speculatiuã scientiam sine doctrina consequi impossibile sit, Verũetiam quia maxima utilitas in altera ex sequẽti actione quæ in ipsis rebus habetur, in altera ex progressu speculationum fieri solet. Hinc opus esse nobis putauimus: ut actiones quidem cogitandi motibus sic tẽperemus, ꝙ ne in minimis quidem, cõsiderationis eius obliuiscamur: quæ ad pulchrã ordinatamq; mentis constitutionẽ perducat, Otium autẽ maxime ad doctrinam Theorematũ (quæ plurima pulcherrimaq; sũt) & precipuæ illorũquæ propriæ mathematica dicunt cõuertamus, Cõmode nãq; admodũ Aristoteles speculatiuã partẽ i tria rursus genera partit̃, phycũ, mathematicũ, theologicũ. Nã cũ res oẽs: ex materia & forma & motu constent, quorũ singula quãuis minime seorsum a subiecto inspici possint: intelligi tamẽ sine reliqs possunt. ¶ Primã quidẽ primi oium motus causam siquis in sũma simplicitate accipiat: Deũ inuisibilẽ atq; imobilẽ arbitrabit̃: & doctrinæ genus, quod i hoc uersat̃, theologicũ appellabit. Altissima enĩ mũdi, actus hic superat, & a sensibilibus oio substãtiis seperatus superilla penitus intelligitur. ¶ Genus aũt: quo materiales qualitates quæ semp mouent̃ ingrimus: quodq; circa molle ac dulce: albũ & calidum & similia uersatur, iure physicum nuncupabit: Cum eius substantia incorruptilibus plerumq; , & sublunari orbe inueniatur. ¶ Quod autẽ formarum progressiuorumq; motuũ naturam ostendit. Figuræ insuper ac magnitudinis & ad hæc multitudinis, loci, tẽporis atquæ similium scientiã scrutatur: id doctrinæ genus Mathematicum esse diffiniet. Quippe res istæ inter duas superiores consistunt. Non solũ quia & sensu & absq; sensu percipi possunt. Verum etiã quia omnibus simpliciter rebus tam mortalibus q̃ immortalibus accidunt. Cum in iis quidẽ quæ semper mutantur, fm separabilem formam cõmutentur. In iis uero quæ perpetuæ nature ac æthereæ sunt, i cõmutabilitatem formæ immobilem seruẽt. ¶ Quia igitur hinc intelleximus duo speculationis genera coniecturæ. Magis q̃ certioris sciẽtiæ nomine appellari posse. Cum theologicum incomprehensibile sit. Naturale autem propter instabilitatem materiæ uix percipi possit, atq; propterea nunq̃ de ipso conuenire posse, philosophantes arbitremur. ¶ Solũ uero mathematicũ (siquis rectæ ipso utatur) firmã & immutabilem scientiã afferet, quoniam demonstratio, Arithmetica, Geometricaq; uia & rationæ, ꝓcedit: quibus dubitatio longe abest. Placuit huic generi pro uiribus maxime subuenire, ac præcipue illi eius parti quæ de diuinis atq; cœlestibus corporibus est. Sola enĩ hæc de perpetuis (quæ semper eodẽ modo se habẽt) considerat. Et propterea ipsa quoq; potest sine cõfusione semper eodẽ se modo habere ac percipi, quod propriũ scientiæ est. Ad cetera quoq; genera (nõ minus q̃ illa) ipsa cõferre uidetur. ¶ Hæc enim, ad Theologicũ genus, uiam maxime præparat. Nã sola recte propinquitatẽ accidẽtiũ sensibilibus substantiis, & mouẽtibus quidẽ motisq;. Perpetuis uero atq; impassibilibus, motibus quoquæ ipsis motuũq; ordinibus, immobilem & separatũ actũ intelligere quodãmodo põt. ¶ Ad naturale quoq; genus nõ parum cõducit, quũ

¶ Nam & ad theologicã scientiam hec maxime nos ducit, quũ sola possit recte considerare immobilem & inseparabilem substãtiam, ab earum uicinitate quæ sensibilibus quidẽ mouẽtibusq; ac motis, æternis uero & impassibilibus substantiis accidãt. tũ circa rõnes. tũ circa ordines motuum.

conformis totius naturalis substantiæ proprietas a progressiui motus conditionibus apprehendatur/ueluti corruptibile quidem atq; incorruptibile a recta atq; circulari/graue autē atq; leue aut passiuū aut actiuum: ab eo quod est ad mediū atq; a medio. ¶ Atqui ad motum actionumq; decorem hæc pre cæteris aliis/nos propter diuinarum rerum similitudinem & mēsuram/faciet maxime perspicaces/amo resq; diuine huius pulchritudinis studiosis iniiciet/& ad similem animæ statū/qua si natura/propter speculandi cōsuetudinem deducet. Nos igitur hosce amores speculationis rerum sempiternarum continue augere uolentes. Quæ quidem inuenta hactenus sunt:ab iis didicimus qui uere ac exquisite his disciplinis inheserunt/ & ipsi tantum afferre atq; addere conabimur. Quātum fere tempus/quod iter nos & illos iterfuit/addere potest. Quæ igitur ad presens/luce clarius perspeximus/Ea omnia q̄ breuiter aperteq; (ut uel qui aliquātulum in doctrinis prægressi sunt/siue hanc scientiam degustarunt facilius percipere possint) cōmentari & literis mandare conabimur. Verum ut absolute negotium hoc habeatur/cuncta quæ ad inspicienda cælestia conferunt serie sua exponemus. Sed ne longa nobis oratio contexatur: quæ quidē a priscis exacte inuenta sunt:ea breuius enarrabimus. Quæ uero uel nō dum/uel nō cōmode tradita sunt:ea pro facultate nostra/latius exponemus.

¶ De ordine huius doctrinæ. Cap. II.

PROPOSITI AVTEM negotii huius illud precedit: ut uniuersalem terre totius habitudinē ad totum cœlum perspiciamus. Particularium uero quæ deinde sequuntur: Primum est: ut de obliqui circuli situ & locoꝝ habitabiliū cōsideremus:& ad hæc differētia q̄ i ordine pene inclinationes p unūquēq; horizōta alterius loci ad alterū fit:Hæc enī cōsideratio si præcesserit/faciliorē ad cōsiderāda reliqua uiā præbebit. Alterū ut de solari motu atq; lunari:& de accidentibus suis doctrinam afferamus. Nam nisi qs hæc prius tenuerit/non erit possibile stellarum percipere accidentia. Ita cum ad extremum fiat sermo de stellis. Quæ quidem ad orbem stellarum pertinent: quas fixas appellare solent/iure præcedent. Sequentur autem quæ ad erraticas quandoq; accomodantur. Horum singula tanq̄ principiis ad inueniendum & quasi fundamentis usi/partim iisquæ perspicua apparent. Partim certis priscorum nostriscq; obseruationibus/demōstrare conabimur:& consequenter eis lineari demonstrationum uiatiōe accōmodabimus. Vniuersale igitur quod præcedit huiusmodi est. Quod cælum sphæricū est/& globi modo peruoluitur. Quod terra quoq; sm uniuersales suas partes accepta/quo ad sensum spherica est atq; globosa. Situ uero in medio totius cœli/centro simillima collocatur. Magnitudine autem atq; distantia ad fixarum stellarum sphærā tanq̄ punctum se habet/nulloq; progressiuo motu mouetur. De quorum singulis pauca breuiter (ut in memoria reducatur) nobis perstringēda sūt.

¶ Quod sphæricum est/globiq; modo cœlum conuoluitur. Cap. III.

Cæli figuram esse sphæricam & motum eius circularem.

PRIMA igitur principia ab huiusmodi obseruatiōe ueri similiter a priscis hominibus inuenta mihi uidentur. Solem enim & lunam aliasq; stellas ab ortu semper ad occasum in æqui distantibus inter se circulis ferri uidebant/ita ut incipientes ab inferioribus quasi ab ipsa terra sursum ferātur. Paulatimq; in altiora cōscēdere uideatur/rursusq; proportionaliter circūuolui atq; descendere/quousq; omnino (quasi in terram inciderint) pereant. ¶ Tēporeq; aliquo iteriecto/rursūq; perspiciebāt quasi ab alio principio oriri atq; occidere:& ad hæc tempora & ad hæc ortuum occasuumq; loca similiter atq; ordinē certo in uniersum redire:sed stellarum/quæ semper cernuntur/circūuolutio quæ circa idem semper uertitur cētrum/ut cœlum sphæricum esse crederēt/maxime illos compellebat. Necessario enim punctū illud cœlestis sphære polus efficitur/cum stellarum quæ ipsi centro propinquiores sunt in minoribus circulis puol/

uantur. Quæ uero remotiores ſm proportionem diſtantiæ/maiores circulos faciũt/donec ad eas/quæ occidunt diſtantias ueniant/quarum etiam propinquiores illis q̃ ſemper cernuntur breuiori tempore occultari uidebant. Remotiores autem ꝓportionaliter maiore. Propter hæc igitur ſolã predictam opinionem primo habuerũt/deinde reliqua quoq; conſequenter intellexerunt/quum omnia ſimpliciter quæ apparent contrariis opinionibus ſuo teſtimonio repugnẽt. Nam ſi quis ſtellarum motum rectæ ad infinitum ferri ſuppoſuerit/ueluti nõ nulli putarunt: quæ nam uia & quæ ratio excogitari poterit? Quare ab eodem quotidiæ initio ferri cernantur/quo enim pacto ſtellæ in infinitum profectæ regredi poſſent? Aut quomodo regreſſus earum ne cerneretur. Aut quomodo magnitudines earum ita ſenſim non minuerentur. Vt tandem nullæ uiderentur. Nunc uero contra maiores quidem in ipſo uidentur occaſu & ſenſim ita occultãtur. Vt ab terræ ſuperficie ipſius quaſi obiice obtegi uideantur/incendi autem ipſas a terra rurſuſq; in terram extingui abſurdum omnino atque irrationabile uidetur. Nam quis eam in magnitudinibus & quantitatibus earum in diſtantiis/locis/atq; temporibus/ſeriem/caſu & abſq; ratione fieri concederet? Præterea partem quidem aliam terræ incendendi naturam habere. Aliã uero extinguendi/Immo autem eandem aliis incendendi/aliis extinguendi/etiã ſtellarum eaſdem aliis incenſas/iam autem extinctas eſſe: alias nondum. Siquis inquã hæc omnia ridicula concederet/quid de apparẽtibus ſemper dicemus? quæ nec oriuntur nec occidunt: Aut qua de cauſa quæ incenduntur & extinguuntur non ubiq; illico oriuntur uel occidunt. Quæ uero id minime patiuntur/ſemper ſuper terram ubique ſunt. Nam eædem non poſſunt aliis incendi extinguiq; ſemper: aliis nunq̃ iſtorum aliquid pati/Aperte nãq; patet eaſdem ſtellas apud alios quidem oriri atq; occidere. Apud alios autem neutrum iſtorum facere/Et ut breuiter perſtringam quamcũq; aliam motus cœleſtium figuram preter globoſam quiſq̃ ſuppoſuerit. Neceſſe erit in equales diſtantias a terra ad ſuperiorum partes corporum fieri/ubicunq; & quomodocunq; ſitum ipſius poſueris/ut & magnitudines & diſtãtiæ ſtellarũ ad inuicẽ in equales eiſdẽ in ſingulis circũductiõibus uideãtur/quaſi modo magis: modo minus diſtarent quod accidere nequaq̃ uidemus. Nam q; iuxta horizõtes maior magnitudo ſtellaꝝ uideat: nõ diſtãtiæ paruitas id facit/ſed huiuſmodi terrã obeũtis euaporatio quũ inter uiſum noſtrũ & ſtellas ipſas exhalet/ueluti maiora ĩ aquis ſubmerſa uidẽt: & qdẽ tãto maiora quãto pfũdiora petierint. Sed illa quoq; ut ſphærica eſſe cœleſtia ſentiamus. Cõpellũt q; nulla alia figura ſuppoſita preter iſtã ſtructuræ inſtrumẽtoꝝ cõuenire poſſunt/q; cũ cœleſtium motus nulla re ꝓhibeatur & facillime omniũ uoluatur. Figuraꝝ quoq; omnium/in ſuperficiebus qdẽ circularis, in ſolidis uero ſphærica facillime mouetur. Quũq; capatiores ex diuerſis figuris equalẽ habẽtibus ambitũ ille ſint: quæ plures angulos hñt/Circulus qdẽ planis/Sphæra uero ſolidis capatior oĩbus inuenit. Cœlũ aũt cæteris oĩbus corporibus capatius eſt. ¶ Sed ad hãc ſentẽtiã naturalia etiã quædã impellunt/ueluti q; corporibus uniuerſis ſubtilioꝝ partiũ magis q̃ ſimiliũ æther eſt. Superficies aũt corpoꝝ quæ ſimiliũ partiũ ſunt ſimiles partes habẽt. Solæ uero ſuperficies in planis qdẽ circularis: in ſolidis aũt ſphærica ſimiliũ partiũ ſunt. Quũ igitur æther ſolidus ſit globoſum eſſe neceſſe eſt. ¶ Præterea terreſtria quidem corruptibiliaq; corpora ex rotundis uniuerſaliter natura quãuis ex diſſimiliũ partium figuris cõſtituit. Aethera uero diuinaq; omnia ex ſimiliũ partiũ atq; ſphæricarũ. Nam ſi plana uel concaua eſſent: nõ omnibus (q ex diuerſis terræ locis/in eodẽ tẽpore cõſpiciũt) circularis eſſe figuræ uideretur/quas obres quũ æther (rationabile eſt etiã) q hæc cõtinet/naturæ ſimilis ſimiliũq; partium ſit ſphæricus & circulariter equaliterq; feratur.

¶ Quod terra quoq; ſphærica ſit ad ſenſum quãtũ ad uniuerſas partes. Cap. IIII.

QVOD ETIAM TERRA ſm omnes partes accepta ſphærica ſit ad ſenſum: ſic maxime intelligemus: Solem enim & lunam aliaſq; ſtellas uidere licet non ſecundũ idem/in omnibus terris oriri atq; occidere: ſed prius ſemper orientalibus/poſterius autem occidentalibus. Nam quæ

Terram eſſe rotundam.

in eodem tempore fiunt eclipſes & maxime lunares/nō in eiſdem horis ideſt equaliter a meridie diſtantibus apud omnes conſcribi inueniemus:ſed ſemper apud orientaliores obſeruatas cōſcriptaſq; horas poſteriores illas fuiſſe quæ ab occidētalibus obſeruatæ ſunt.Cūq; horarum etiam differentia terrarum diſtantiæ proportionalis inueniatur:non abſurde terræ ſuperficiem globoſam eſſe quiſpiam affirmabit:qm̄ ſimilitudo partium quæ per omnes partes propter rotunditatem accipitur proportionaliter ſemper iis qui deinceps ſunt ſe ipſam obiicit quod accidere nō poſſet/ſi alia q̄ ſphærica terræ figura eſſet. ¶ Quod ēt inde patet/nam ſi caua eſſet occidentalioribus orientes ſtellæ prius uiderentur. ¶ Si plana in eodem tempore omnibus ſimul qui in terra ſunt orirentur atq; occideret. ¶ Triāgularis uero ſi eſſet/aut quatuor angulorum uel cuiuſuis plurium angulorum)figuræ omnibus ſimiliter/q eadem rectam lineam habitāt/quod nullibi fieri uidetur. ¶ Quod autem nec chylindri quidem formam habet ita q; rotunda quidem ſuperficies ad ortum atq; ad occaſum uerſa ſit planarum uero baſium latera ad mundi polos/quod quaſi ueriſimile aliqui putarent,inde perſpicuum eſt/quod nulla unq̄ ſtella ſemper cōuexam habentibus ſuperficiem,cerneretur/ſed autem omnes omnibus orirentur atq; occiderent/aut eedem & equaliter ab utroq; polo diſtantes omnibus ſemp appareret.Nūc uero quanto magis ad ſeptētrionem progredimur tanto plures auſtraliorum quidē ſtellarum occultantur.Borealiorum autem cernuntur. ¶ Vt hinc pateat q; etiā hæc terræ globoſitas obiices proportionaliter ad laterales faciens partes ſphæricam figurā undiq; oſtēdit. ¶ Ad hæc ſi oībus aut qbuſdā altioribus locis a quouis & ad quēuis angulū nauigātes accedimus/paulatim magnitudines eoꝝ accreſcere uidentur/quaſi ab ipſo mari emergāt quæ antea ſubmerſa pp cōuexā aque ſupficiē uidebant.

Quod terra nō ſit cōcaua/neq; plana nec triangularis.


Quod non ſit columnares.


A quam eſſe gibboſam.

¶ Quod terra in medio cœli ſita eſt. Cap. V.

Terram in medio mūdi ſitā eē

HAC RE PERSPECTA/ ſiquis deinceps de ſitu terræ certius dicere uelit ſic profecto quæ iuxta ipſam apparent,accidere ſolummodo intelliget/ſi tam in medio cœli quaſi ſphæræ centrum poſuerit. Nam ſi ſic ſe res non habeat/aut oportebit quod ipſa ſit extra axem & equaliter ab utroq; polorum diſtet:aut in axe/ita ut ad unum polorum magis accedat/aut nec in axe neq; ab utroq; polorum æqualiter diſtet.Ad primum igitur ex his tribus ſitum,illa maxime pugnant.Nam ſi ſurſum aut deorſum extra axem intelligatur, accidet ut quum i duo ſemper inequalia quod ſupra terrā & quod ſub terra ē ab horizonte diſſeperentur,nūquā in recta ſphæra equinoctiū fiat.In obliqua uero ſphæra uel nūquā,uel non in medio tranſitu ab altero ſolſtitiorum æſtiuo dico atq; hyemali ad alterum.Nam hæc ſpatia inæqualia neceſſario fierent.Non enim æquinoctialis/maximuſq; paralellorum circulorum qui in polis circulationis deſcribuntur diuideretur ab horizonte in duo æqualiter.Sed unus æquidiſtantium ei uel borealium magis uel auſtralium.Sed apud omnes ſimpliciter conſtat hæc ſpatia æqualia eſſe ubiq;:qm̄ & diei ab æquinoctio incrementa donec ad maximum diem in æſtiualibus ſolſtitiis perueniatur æqualia ſunt dierum decrementis/ad minimum uſq; ſolſtitiorum hyemalium diem. ¶ Si uero ad ortum uel occaſum ideſt ad aliquorū partes rurſus accedere ſupponatur:Nec magnitudines & ſpatia ſtellarum ſm orientalē & occidentalem,horizonta æqualia eademq; eiſdem erunt,nec ab ortu ad meridiem tempus æquale illi erit tempori quod a meridie ad occaſum eſt:quæ omnia iis quæ apparent omnino repugnant. ¶ Ad ſecundam autem opinionem qua ſic in axe ponitur ut ad alterum polorum magis accedere intelligatur.Ita rurſus quiſpiam reſponderet:quia ſi ſic res ſe haberet,& in ſingulis climatibus,horizontis ſuperficies cœli partes duas quæ ſuper terram & quæ ſub terra eſt ſm alium atq; aliū acceſſum & ad ſeipſas & ad inuicem ſemper inæquales differenter efficeret:nec niſi in recta ſolūmodo ſphæra in duas æquales poſſet ſeparare. In obliquatione autem quæ propinquiorem polum ſemper facit manifeſtum partem(quæ ſuper terrā eſt) ſemper minueret:& ſub terram omnia augeret. Vnde accideret ut maximus quoq;





circulus qui per medium signorum est inæqualiter ab horizontis planitie diuidere tur/quod minime ita se habere uideretur. Sex enim semper omnibus super terram apparent signa/& sex reliqua tunc non appareret. Deinde rursus cum illa super ter/ram integre apparuerint/tunc reliqua non uiderentur, ut hinc perspicuum fiat por/tiones quoq; zodiaci in duo æqualia diuidi ab horizonte/quoniam iidem semicir/culi modo super terram/modo sub terra integri sunt,& omnino nisi terra sub ipso æquinoctiali sita esset. Sed ad septētrionē uel meridiem ad alterum polum appro/pinquaret eueniret ut ne ad sensum quidem in æquinoctialibus diebus orientales Gnomonū umbræ in æquidistantibus ab horizonte superficiebus ad rectam cum occidentalibus lineam fierent/quod ubiq; consequi aperte perspicitur. Hinc autem patet, nullum etiā tertiam opinionem locum habere namq; primis repugnant/ipsi quoq; repugnant: & ut breuiter perstringam uniuersa series quæ indecrementis in crementisq; dierū & noctium perspicitur/nisi medium terra situm obtinere pona/tur/penitus confunderetur/& ad hæc lunæ quoq; defectus est/eclipsisq; in qbuscūq; partibus cæli accideret non possent in oppositio solis loco fieri. Cum sepius terra nō in oppositione sed in minoribus semicirculo spatiis seipsam illis opponeret.

Quod terra quasi punctum est ad cælestia comparata. Cap. VI.

QVOD VERO puncti (quantum ad sensum pertinet) proportionē habet terra ad spatium quod est usq; ad stellarum (quæ fixæ uocātur) sphæram. Magno illud argumēto est: q̄ ab omnibus terræ partibus ma gnitudines stellarum atq; distantiæ in eisdem temporibus æquales si/milesq; uidētur, quemadmodum obseruationes in diuersis climatibus factæ osten dunt. Quibus nec minima quidem discrepantia inuenitur/accidit q̄ gnomones in quacūq; terræ parte ponantur/& armillarum centra & sphærarum/idem possunt ac si in centro terræ ueraci/perspectiones.n.& circūductiones umbrarum ita conueni/entes suppositionibus apparentium conseruant/quēadmodum si a puncto quod i media terra est fierent. Hæc ita se habere illud etiam signo est/q̄ superficies quæ un diq; a uisibus nostris educantur/quas horizontes appellamus totam cæli sphæram in partes æquales diuidunt semper/quod non fierer/Si ad distantiā cælestium sensi bilis esset terræ magnitudo. Sola enim superficies quæ per terræ centrum educere/tur/sphærā diuidere posset æqualiter. A quacūq; autē duceret planitie terræ/pp sub terraneas partiones maiores his faceret/quæ sub terra inueniuntur.

Terram respectu fir/mamenti uicem pun cti habere.

¶ Quod terra nullo motu progressiuo mouetur. Cap. VII.

PER EADEM VERO demōstrabitur. Nullo modo terram ad pre dictas laterales partes moueri, aut unq̄ cētri locum mutare. Eadē enim euenirent/quæ (si alium situm preter medium haberet) accideren/qua re si quis causas motus grauium ad medium quærat/frustra mihi facere uidetur, Cum re ipsa manifestissimum sit & terram medium mundi locum possi de re/ponderosaq; omnia fieri ad ipsam. ¶ Illud autem ad istius rei intelligentiā fa/cillimū est atq; paratissimum/q̄ cum sphærica terra & i medio totius (ut diximus) demonstrata sit/in omnibus simpliciter partibus eius/grauium corporum inclina/tiones & motus proprios/ad rectos (ad illam semper & ubiq; superficiem angulos fieri) quæ per descendentium contactum æqualiter educit. ¶ Patet enim (quoniā sic se res habet) q̄ si grauia non impedirentur itaq; a superficie terre non repercute/rentur omnino ad ipsum centrum peruenirent/presertim quia linea etiam quæ re/cte ad centrum ducit/ad rectos se illius planitiei semper angulos accomodat/quæ in ipso incisionis contactu sphæram attingit. ¶ Qui autem incredibile putauerūt nec hærere alicubi/nec ferri tantum terræ pondus/ii mihi uidentur non ad proprie/tatem totius/sed ad passiones suas ipsorum respiciētes hæc comparare/atq; ita plu rimum aberrare. Non enim mirum eis usum in hoc putarem/si animaduerterent

Quod terra motum localē non habeat.

9	119	3	50	58	20	29	33	109	43	0	12	2	41	51
10	132	17	36	38	9	26	10	121	54	26	53	22	59	50
11	145	31	22	17	58	22	47	134	5	53	34	43	17	49
12	158	45	7	57	47	19	24	146	17	20	16	3	35	48
13	171	58	53	37	36	16	1	158	28	46	57	23	53	47
14	185	12	39	17	25	12	38	170	40	13	38	44	11	46
15	198	26	24	57	14	9	15	184	51	40	20	4	29	45
16	211	40	10	37	3	5	52	195	3	7	1	24	47	44
17	224	53	56	16	52	2	29	207	14	33	42	45	5	43
18	238	7	41	56	40	59	6	219	26	0	24	5	23	42
19	251	21	27	36	29	55	43	231	37	27	5	25	41	41
20	264	35	13	16	18	52	20	243	48	53	46	45	59	40
21	277	48	58	56	7	48	57	256	0	20	28	6	17	39
22	294	2	44	35	56	45	34	268	11	47	9	26	35	38
23	304	16	30	15	45	42	11	280	23	13	50	46	53	37
24	317	30	15	55	34	38	48	292	34	40	32	7	11	36
25	330	44	1	35	23	35	25	304	46	7	13	27	29	35
26	343	57	47	15	12	32	2	316	57	33	54	47	47	34
27	357	11	32	55	1	28	39	329	9	0	36	8	5	33
28	10	25	18	34	50	25	16	341	20	27	17	28	23	32
29	23	39	4	14	39	21	53	353	31	53	58	48	41	31
30	36	52	49	54	28	18	30	5	43	20	40	8	59	30


¶ Quod etiã in ſimplici ſuppoſitione lunari/tam excentricitatis q̃ epicycli ſuppoſitio eandem facit apparentiam. Cap̃. V.

QVM AVTEM cõſequẽs ſit/tum modũ/ tum quantitatẽ lunaris inæqualitatis oſtẽdere. Nunc quidẽ ita de his loquemur quaſi una ſolũ modo inæqualitas ſit/quã ſolã oẽs ferme(qui ante nos fuerũt)intellexiſſe uidẽtur/eã dico quæ ſecũdũ expoſita reſtitutionũ abſoluit̃ tpa. Poſtea uero demonſtrabimus ꝙ etiã aliam & ſecundã inæqualitatẽ quãdã luna facit penes diſtãtias/quib9 Abeſt a ☉ hæc maxima quidẽ fit/ i utroq; ſemiplenilunio/reſtituit̃ autẽ bis in tẽpore menſtruo in ipſis cõiunctionibus atq; pleniluniis hoc autem demonſtrationũ ordine utemur/qm̃ hæc ſecunda ita primæ ſemp cõiungitur: Vt nunquam abſque illa poſſit inueniri/illa uero abſq; hac ſecunda inueniatur. Capitur enim ab eclipſibus lunaribus penes quas nulla ſenſibilis ex ea/quæ propter ſolem accidit/fit differentia in prima igitur demõſtranda ea uia utemur Q ua hipparcũ etiam uſum fuiſſe uidemus. Nam tres nos quoq; lunares capiemus eclipſes. Demõſtrabimuſq; quanta maxima differentia penes medium motum:& penes diſtantiã. A. maxima longitudine fiat. Hæc enim inæq̃litas ſeorſum per ſe inſpicitur:& per epicycli ſuppoſitionem abſoluitur:& quãuis eadem rurſus apparẽtia per excentrici quoq; ſuppoſitionem cernantur: cõmodius tamen hæc inæqualitas quæ fit per utrarũq; inæq̃litatũ cõpoſitionẽ/ſecundæ(quæ per ſolẽ accidit)coniuugetur/ꝙ autem eadẽ etiã hic ex utraq; præpoſitarũ ſuppoſitionum appareant/quãuis tempora reſtitutionum utrarumq; inæqualitatis uidelicet & eius quæ ad obliquum circulum inſpicitur/nõ ſint æqualia ſicut in ſole demonſtrauimus/ſed in æqualia/ſicut in luna autem proportiones rurſum ſolũmodo eædem ſupponantur: ſic profecto intelligemus in ipſa præpoſita lunæ ſimpliciq; inæqualitate conſiderationem facientes. Nã qm̃ luna reſtitutionem illam/quæ ad zodiacum cernitur/citius facit q̃ illam quæ ad expoſitã inæqualitatẽ eſt/ꝑ maiorẽ certe in temporibus æqualibus/In epicycli ſuppoſitione/ arcum zodiaci epicyclus in concentrico ſemper mouebitur/q̃ ſimilẽ ei arcui quidẽ luna in epicyclo pertranſit. In ſuppoſitione autẽ ecẽtricitatis luna quidem ſimilem in excentrico arcum epicycli arcui perttanſibit/excẽtricus uero ad eaſdẽ partes quas luna circa centrũ zodiaci tantũ quãtũ longitudinis motus motu inæqualitatis maior ẽ. Sic enĩ nõ ſolum proportionum ſed tempoꝝ etiã utriuſq; motus ſimilitudines in utraq; ſuppoſitione ſeruabuntur. His itaq; neceſſario conſequẽterq; ſuppoſitis. ¶ Sit. A. B. G. concentricus zodiaco circulus/ cuius centrum. D.& diameter. A. D.& ſit epicyclus. E. F. cuius centrũ. G.& ſupponatur quando epicyclus erat in. A. tunc lunã fuiſſe in. E. Maxima epicycli longitudine/æqualiq; in tempore epicyclũ quidem. A. G. lunã autem. E. F. arcum pertranſiſſe/& iungantur. E. D.&. G. F.& qm̃ A. G. arcus maior eſt arcu. E. F. capiatur arcus. B. G. arcui. E. F. ſimilis:& iungatur. B. D. ꝙ igitur æquali tempore angulum. A. D. B. exceſſus utriuſq; motuum excentricus quoq; pertranſibit & tum centrum/tum maxima longitudo eius ad. D. B. lineã peruenit perſpicuum ẽ. Id cum ita ſe habeat: ſit linea. G. F. æqualis lineæ. D. I.& iũgatur. F. I.& centro quidem. I. ſpatio autem. I. F. deſcribatur excentricus. F. T. Dico eandẽ eſſe ꝓportionem. F. I. lineæ ad. I. D. quæ eſt. D. G. ad. G. F. erit autẽ etiã ſecũdum hanc poſitionem luna in puncto. F. ideſt ſimilis erit arcus. F. T. arcui. E. F. nam quoniam. B. D. G. angulus æqualis eſt angulo. E. G. F. erunt. G. F.&. D. I. lineæ æquidiſtantes/ ſed. G. F.&. D. I. æquales ſunt ergo. F. I. etiam linea æquidiſtans æq̃liſq; eſt lineæ. G. D.& proportio. F. I. ad. I. D. eadem erit proportioni. D. G. ad. G. F. ¶ Rurſus qm̃. D. G.&. I. F. æquidiſtãtes ſunt/erit angulus. E. D. B. æqualis angulo F. I. T. ſed ſuppoſit9 etiã erat angulus. G. D. B. angulo. E. G. F. æqualis/ quare arcus quoq; F. T. arcui. E. F. ſimilis eſt/in tpe igitur æquali utraq; in ſuppoſitiõe luna puenit ad punctũ. F. ipſa enim &. E. F. epicycli:&. T. F. excẽtrici arcus ſimiles demonſtratos pertrãſibit/centrũ autẽ epicycli arcũ. A. G. excentrici uero centrũ. A. B. arcum qui eſt exceſſus arcus. A. G. ad arcum. E. F. quod erat demonſtrandũ. ¶ Quod autẽ ſi ſolũmodo ꝓportiones ſimiles fuerint quãuis neq; ipſe/neq; inter ſe excẽtricus cõcẽtrico æquales ſint/idẽ tamẽ rurſus eueniat. Sic nobis erit ꝑſpicuũ/ ¶ Deſcribat̃ enim





utraq; ſuppoſitionũ ſeparatim:& ſit cõcentricus quidẽ zodiaco.A.B.G.circulus cuius centrũ.D.& diameter.A.D.epicyclus autẽ ſit.E.F.circa centrũ.G.luna uero ſit in F. ¶Et rurſum ſit.I.T.C.eirculus extrinſecus/cuius centrũ ſit. L.& diameter.T. I. M.in qua zodiaci centrũ ſit in puncto.M.& luna in puncto.C.& coniungantur ibi quidem.D.G.E.&.G.F.hic uero.T.I.M.&.C.M.&.C.L.lineæ ſupponaturq; eandem eſſe.D.G.proportionẽ ad.G.E.quæ eſt.T.B.ad.L.M.æqualiq; in tempore ꝑtranſeant:epicyclus quidẽ.A.D.G.angulũ:luna uero.E.G.F.excentricus autẽ.I.M. T.& luna rurſus angulum.T.L.C.erit igitur propter ſuppoſitas motuum proportiones/Angulus quidem. E.G.F.æqualis angulo. T.L.C. angulus autem. A. D.G. utriſq; angulis . I.M.T.&.T.L.C. æqualis/hæc cum ita ſe habeãt.Dico ꝙ in utraq; ſuppoſitione rurſus æqualem in tempore æquali arcum luna pertranſibit/id ita fit: quia.A.D.F.Angulus æqualis eſt angulo.I.M.C.nam cum in principio diſtantiæ in maxima longitudine luna eſſet per lineas.D.A.&.M.I.cernebatur in fine autem cum eſſet in.F.C.punctis per lineas.D.F.&.M.C.ſit ergo utriq; arcui. T. C.&. E.F. ſimilis/Rurſum arcus.B.C.& iũgantẽ linea.B.D.qm̃ igitur ita ſe habet.D.G. ad.G. F.ſicut.C.L.ad.L.M.ſuntq; ita latera quibus.G.&.L.æquales anguli continentur ꝑportionalia/erit.G.D.F.triangulus æqui ãgulus triangulo.C.L.M.& anguli proportionalibus lateribus contenti æquales/eſt ergo angulus.G.F.D.angulo.L.M.C. æqualis:ſed angulus etiã.B.D.F.æqualis ẽ angulo.G.F.D.ꝓpterea ꝙ æquidiſtãtes ſunt.G.F.&.B.D.anguli enim.F.G.E.&.B.G.D.æquales eſſe ſupponũt̃/quare angulus etiã.F.D.B.angulo.L.M.C.æqualis ẽ/fuit aũt.&.A.D.B.angulus ipſius exceſſus motuũ angulo.I.M.T.per motũ excentrici conſtituto æqualis.quare totus etiã A.D.F.toti.C.M.I.æqualis eſt/quod erat demonſtrandum.



¶Primæ ac ſimplicis lunaris inæqualitatis demonſtratio. Caꝑ.VI.

SERVM HAEC ad hæc uſq; nobis perſpecta ſint: Nunc expoſitæ lunaris inæqualitatis demonſtrationẽ in epicycli ſuppoſitione/ propter cauſam dictã faciemus/utemurq; primũ tribus æclypſibus quas exacte putamus ab antiquiſſimis eſſe cõſcriptas:Deinde tribus etiam quas temporibus noſtris exquiſitiſſime nos ipſi obſeruauimus: ¶Sic enĩ ex huiuſmodi ĩquiſitione(quo ad poſſibile fuit) obſeruata temporis lõgitudine/erit nobis manifeſtum/ꝙ differentia(quæ penes inæqualitatem eſt)ex utriſq; propemodum obſeruationib9 eueniet/& mediorum motuum ſũma ſiue progreſſus ſemper cõueniet etiã progreſſui.Qui in periodicis temporibus ſecundũ caſtigationem noſtram expoſitis colligetur. ¶Ad demonſtrationem igitur primæ inæqualitatis quæ per ſeipſam inſpicitur/hoc modo epicycli ſuppoſitio(ut diximus)ſe habebat.Intelligatur enĩ ĩ ſphæra lunæ circulus & concentricus & in eadem ſuperficie ſitus cum zodiaco circulo/ & alius ſecundum quantitatem latitudinis motus lunæ proportionaliter ad hunc declinatus:is æqualiter ad præcedentia ſignorum circa obliqui centrum. Tamen moueatur quanto latitudinis motus/longitudinis motum excedit. In hoc igitur obliquo circulo epicyclum æqualiter rurſus ad ſucceſſionem ſignoꝝ ſupponimus cõſequenter circũferri/ad latitudinis reſtitutionẽ/quæ ad zodiacũ ipſum relata/motũ longitudinis facit:in hoc aũt epicyclo lunã eſſe ſupponimus.Ita ut in arcu maximæ lõgitudinis ad ꝑcedẽtia totius moueat̃.cõſequẽter ad reſtitutionẽ inæq̃litatis. ¶Quãuis nihil ad ꝓpoſitã demõſtrationẽ ĩpediamur ẽt ſi neq; latitudinis ꝓgreſſus neq; lunaris circuli obliq̃tio ſupponat̃:nulla enĩ (de q̃ curãdũ ſit) differẽtia ex tãta declinatiõe ad lõgitudinis motũ accidit. ¶Prima igit̃ triũ antiquiſſimaꝝ eclypſiũ apꝰ babylonios obſuataꝝ prio ãno Mardocẽpadi uigeſima nona thoth mẽſis ægyptiaci die/ quã trigeſima ſeq̃bat̃ facta cõſcribit̃/& ĩcepit/ĩquit/deficere poſt ortũ ei9 una hora bene trãſacta/defecitq; tota/qm̃ ergo ſol circa finẽ piſciũ erat & nox æqualiũ horaꝝ proxime.12.patet quia æclypſis quidẽ initiũ ante mediã noctẽ.4.30.æquabilibus horis fuit/tẽpus autem medium qñ eclypſis perfecta fuit.2.30. horis ergo Alexandriæ ad meridianũ cuius horarũ mot9 cõſideramus:cuiuſq; meridian9.50. uni9 æqualis horæ ſexageſimas babylonis meridianũ ꝑcedit:mediũ illius eclypſis tẽpus

¶Ita enim & ipſa:q̃ fieri potuit̃ maximi atq; longinq tẽporis inquiſitio nobis erit in promptu:& obiter manifeſtum erit quã ob cauſam & differẽtia quæ ex iæqualitate fit:eadẽ ex utriſq; demonſtrationibus proxime eueniat.

Prima eclypſis.

Eclypſis ſecũda

Eclypſis tertia



fuit ante mediam noctem horis æqualibus.3.20.in qua hora ſecundum expoſitos nobis calculos uerus motus ſolis erat in piſcium gradibus .24.30.proxime. ☾ Secunda æclypſium ſecundo anno eiuſdem Mardocempadi fuiſſe conſcribitur die thoth.18.conſequente.19.deficitq; ab auſtro/digitis iquit.3.ipſa media nocte/Quoniam igitur tempus medium in ipſa media nocte apud babilonios fuiſſe conſcribitur:debet in alexandria fuiſſe ante mediam noctem. 50. unius horæ ſexageſimis/in qua hora uerus motus ſolis erat in piſcium gradibus.13.45. ☾ Tertia eclypſium fuiſſe ſcribitur eodem ſecundo anno Mardocempadi/quintodecimo die phamenoth:ſextodecimo ueniente/incepitq; deficere inquit poſt ortum:& defecit a ſeptẽtrione pluſquã medietas:quoniam igitur ſol in principio uirginis/magnitudo qui/dem noctis apud babylonios.xi.horarum fuit/cuius medietas/eſt horarum.5.30. Quare ante mediam noctem.5.maxime horis æqualibus æclypſis initium fuit: cæpit enim inquit deficere poſt ortum/Medium uero tempus.3.30.horis mediam noctem anteceſſit/totum enim tempus ante obſcurationis trium proxime horarũ fuiſſe debet/Quare alexandriæ rurſus medium eclypſis tempus fuit ante mediam noctem horis æqualibus.4.20.in qua hora uerus motus ſolis erat in gradibus uirginis 3. 15.proxime.Patet ergo ab æclypſis primæ medio tempore ad mediũ ſecũdæ: ſolẽ lunãq; uidelicet(integris circulis reiectis)motos fuiſſe gradibus.349.15.☾ A medio uero ſecũdæ ad medium tertiæ gradus.169.30.Diſtantia etiam interiacentium temporum a primo quidem ad ſecundum.354.dies continet & horas inſuper ſimpliciter quidem conſiderantibus.2.30.Ad æquales autem naturales dies reducentibus.2.34. ☾ A ſecũdo uero ad tertium dies.176.& horas æquales ſimpliciter quidẽ 20.30.exquiſite uero.20.12.Moueť autẽ luna æqualiter/nulla enim ſenſibilis in tanto tempore differentia erit etiã ſi proximos uerorũ redituum ſequemur in dieb9 q/dem.354.& horis.2.34.æqualib9.Inæqualitatis qdẽ(reiectis circulis)gradib9.306.25.longitudinis aũt gradus.345.51. ☾ At uero in dieb9.176.& æqualib9horæ.20.12. ☾ Inæq̃litatis quidẽ gra.150.26. ☾ Lõgitudinis autẽ gradus.170.7.proxime.Patet igiť quia.306.25.gradib9 æpicycli:in prima diſtantia addiderunt ad medium lunæ. motũ gradus.3.24.ſecũdæ autẽ diſtantie grad.150.26. ſubtraxerunt a medio motu gradus.0.37. ☾ His ſuppoſitis ſit epicyclus lunæ.A.B.C.circulus:& ſit.A.punctum ĩn quo luna erat in medio tempore primæ æclypſis.B.uero in quo erat in medio tẽpore ſecundæ æclypſis. C. autem in quo ſimiliter erat ĩ medio tempore tertiæ æclipſis.Intelligatur autem lunæ in epicyclo tranſitus ex.B.ad.A.& ex. A.ad.C.fieri: ut arcus quidẽ.A.C.B.quẽ a prima æclypſi ad ſecundã pertrãſiuit/qui.306.25. graduũ eſt/addat ad medium motũ gradus.3.24.arcus uero.B.A.C.quẽ ab ſecunda æclypſi ad tertiã pertrãſiuit/quiq; graduũ eſt.150.26.ſubtrahat a medio motu gradus.0.M.37.& propterea motus etiã ex.B.ad.A.qui graduũ eſt.53.35.ſubtrahat a medio eoſdem.3.24.gra.Arcus autem ex.A.ad.C.qui graduũ eſt.96.51.addat ad mediũ motũ 2.47.Q̃ igitur nõ eſt poſſibile minimã epicycli longitudinẽ eſſe in arcu.B.A.C.in de perſpicuũ eſt:q; etiã ſubtrahendi uim hic arcus habet: & minor ſemicirculo ſit/maximus enim motus in minima longitudine neceſſario eſſe ſupponiť: qm̃ ergo ĩ arcu.C.E.B.omnino eſt:accipiatur centrũ tã circuli qui per mediũ ſignorũ eſt/q̃ ei9 qui defert centrũ epicycli:& ſit illud.D.& protrahantur ab eo ad triũ eclipſiũ puncta lineæ.D.A.&.D.E.B.&.D.C. ☾ Vniuerſaliter ergo ut etiam ad ſimiles demonſtrationes traductionẽ huius ſpeculationis facilẽ faciam9:ſiue p epicycli(ut modo) ſiue per excẽtricitatis ſuppoſitionẽ demonſtremus:centro tũc int9accepto.una qdẽ protrahendarũ triũ linearũ ad oppoſitũ arcũ producatur:ut hic.D.E.B.linea ex.B. ſecũdæ eclipſis puncto ꝓtractã habemus ad.E.reliqua uero duo epicyclũ puncta linea quedã cõiungat ut hic linea.C.A.&.a ſectione quæ per productã lineã ſit ut ex puncto.E.lineæ ad reliqua duo puncta protrahantur ſicut hic eſt.E.A.&.E.C.lineæ ꝓpendiculares autem deducantur ad lineas q̃ a reliqs punctis duob9 ad cẽtrũ zodiaci ꝓtrahanť ad lineã quidẽ.A.D.perpẽdiculares.E.F.ad lineã uero.C.D.ꝓpẽdiculares E.I.& ad hæc ab altero duoꝝ quæ diximus punctorum ut hic ex.G.perpendicularis ad eam ducatur lineã quæ ab altero ipſoꝝ ut a puncto .A.ad ſectionẽ.A. ꝓductã faćtam in puncto.E.ꝓtracta ẽ:ut hic ad lineã.A.E.perpẽdicularis.G.T.deducit q̃cũq;

descriptionis huius lineatione utamur/easdem prouenire per numerorũ demõstra/tionem proportiones uidebimus:ita ut ad faciliorem solũmodo usum alterã deli/gamus. ¶ Quoniam ergo arcus.B.A.3.24.zodiaci arcus subtendere demonstratus est:erit etiam angulus.B.D.A.cum sit in centro eius talium quidem.3.24.qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti sũt.360.talium.6.48. Quare arcus etiam chordæ.E.F.taliũ erit.6.48.qualium circulus qui describitur circa rectangu/lum.D.E.F.360.ipsa uero linea.E.F.talium.7.7.qualiũ est.D.E.chorda.120. Simi liter quoniam arcus.B.A.graduũ est.53.35.erit etiam angulus.B.E.A.cum sit incir/cũferentia talium.53.35.qualiũ duo recti sunt.360.erat autẽ etiam angulus.B.D.A. 6.48.eorũdem.Erit igitur etiã reliquus angulus.E.A.F.46.47.eorũdẽ/Quare ar cus etiã chordæ.E.F.talium erit.46.47.qualium est circulus qui circa rectãgulum A.E.F.describitur.360.ipsa uero linea.E.F.talium.47.38.30.qualium est chorda E.A.120.quare qualiũ est.E.F.quidẽ linea.77.linea uero.E.D.120.talium etiã.E.A. linea erit.17.55.32. ¶ Rursus quoniã arcus.B.A.G.0.37.gradus zodiaci subtendit/erit etiam angulus.B.D.G.cũ in centro ipsius sit:talium.0.37.qualium quatuor re cti sunt.360.qualium uero duo recti sũt.360.taliũ.1.14.Quare arcus quoq; p. E.I. chordã tensus talium est.1.14.qualium est circulus qui describit circa rectangulum D.E.I.360.ipsa uero linea.E.I.talium.1.17.30.qualium est.D.E.chorda.120.Simi liter quoniam arcus.B.A.G.graduum est.150.26.erit etiam angulus.B.E.G.cum sit incircũferentia talium.150.26.qualium duo recti sunt.360.erat autem etiam angu/lus.B.D.G.1.14.erit ergo etiam reliquus.E.G.D.149.12.eorundẽ:quare arcus quo/q; chordæ.E.I.talium est.149.12.qualium est circulus qui circa.G.E:A.rectangulum describitur.360.eritq; chorda.E.I.115.41.24.secundũ quantitatẽ qua erit diam eter 120.partes ipsa uero linea.E.I.est.1.17.30.D.E.uero.120.talium est linea. G.E.1.20. 23.sed.E.A.quoq; linea.17.55.32.eorundem demonstrata est. ¶ Rursus quoniã ar/cus.A.G.graduum esse dictus est.96.51.erit etiam angulus.A.F.G.cum sit in circun/ferentia talium.96.51.qualium duo recti sunt.360.quare arcus quoq; chordæ.G.T. talium erit.96.51.Qualium etiam circulus qui circa. G. E. T. triangulum describi/tur.360.arcus uero chordæ.E.T.reliquorum ad semicirculũ.83.9. quare lineæ etiã quæ arcubus subtenduntur.G.T.quidem talium.89.46.14.E.T.autem.79.37.55. qualium est.G.E.chorda.120.qualium ergo est.G.E.linea.1.20.23.talium.G.T.qui/dem linea erit.1.0.8.E.T.autem similiter.0.53.21.erat autem tota.E.A.eorundem 17.55.32.est igitur reliqua etiam.T.A.talium.17.2.11.qualium.G.T.esse demonstra ta est.1.0.8.est autem quadratum quod fit ex.A.T.290.14.19.quod uero similiter fit ex.G.T.1.0.17.quæ si componantur faciunt quadratum quod fit ex.A.G.hoc est 291.14.36.quare.A.G.talium per longitudinem est.17.3.57.qualium est.D.E.qui/dem linea.120.G.E.autem.1.20.23.eorundem/est autem etiam qualium epicycli dia meter.120.talium.A.G.linea.89.46.14.per eam enim arcus.A.G.subtenditur qui est graduum.96.51:qualium ergo est.A.G.quidem linea.89.46.14.Epicycli autem diameter.120.talium erit.D.E.quidem linea.631.13.48.G.E.autem eorundem.7. 2.50.quare arcus etiam.G.E.qui ab.E.A.subtenditur talium est.6.44.30.qualium etiam epicyclus.360.sed arcus quoq; B.A.G. supponitur esse eorundem.150.26. quare totus quoq; arcus.B.G.E.graduum est.157.11.chorda uero sua.B.E.talium 117.37.32.qualium epicycli quidem diameter est.120.linea uero. D.E.631.13.48. ¶ Si ergo.B.E.linea æqualis epicycli diametro esset inuenta/in ipsa profecto cen/trum eius esset:& hinc diametrorum proportio caperetur:Verũ quoniã.B.E.minor est/& arcus etiam.B.G.E.semicirculo minor/perspicuũ est quia extra.B.A.G.E.por/tionem centrũ epicycli cadit:sit ergo.C.punctum & protrahatur ex.D.obliqui circu li centro per.C.linea.D.M.C.L.ita q; L.quidẽ punctum maxima.M.uero minima epicycli fit longitudo.Quoniã igitur rectangulum quod est ex.B.D.&.D.E.æqua/le illi rectangulo est quidem ex.L.D.&.D.M.continetur. Estq; nobis demonstra/tum qualium epicycli diameter hoc est linea.L.C.M.est.120.taliũ esse lineam quidẽ B.E.117.37.32.E.D.autem lineam.631.13.48.eorundem.totã uero.B.D.748.51.23 Fit(quod ex.B.D.&.D.E.hoc est ex.D.L.&.D.M.rectangulum)continẽ/eorun/

Erit igitur ductus lineæ.B.D. in.D.E.qui ẽ æqualis ductui lineæ.L.D.i.D.M. ſecũdum illam quãtitatẽ.472700.partes.M.5.2ª.32.


dẽ.472700.& ſexãgeſimarũ.5.32. ¶ Rurſum qm̃ quod fit ex.L.D.&.D.M.cũ quadrato.C.M.facit quadratũ quod eſt ex.D.C. cũq;.C.M. (quia eſt a centro epicycli) 60.eorũdẽ fit/ſi quadratũ quod ex ipſa fit hoc eſt.3600.addamus ad.472700.5.32. habebimus quadratum quod eſt ex .D.C.eorũdem.476300.5.32.quare.D.C.quoq; cũ ſit a centro deferentis epicyclũ qui eſt cõcentricus zodiaco talium erit.690.& ſexageſimarum.8.42.qualium eſt.C.M.quæ eſt a centro epicycli.60. Quare qualiũ eſt ſemidiameter deferentis epicyclũ concentrici zodiaco.60.talium eſt etiam epicycli ſemidiameter.5.13.proxime. ¶ Producatur igitur in ſimili deſcriptione ꝓpendicularis.C.N.X.a centro.C.ad lineam.B.E.& coniungatur.B.C.qm̃ ergo qualium eſt.D.C.690.8.42.taliũ etiã erat linea.D.E.quidem.631.13.48.N.E.aũt cũ medietas ſit ipſius.B.E.58.48.46.Eorũdem enĩ tota quoq;.D.E.N.eorundẽ.690.& ſexageſimarum.2.34.& qualium ergo.D.C.diameter eſt.120.taliũ.D.N.erit.119.58.57. arcus uero ab eo ſubtenſus.178.2.proxime.talium qualium eſt circulus qui. D.N. C.rectangulo circũſcribitur.360.quare angulus quoq;.D.C.N.taliũ eſt.178.2. qualiũ duo recti ſũt.360.qualiũ uero quatuor recti ſũt.360.taliũ.89.1.Quare.X.M.etiã epicycli arcus graduũ eſt.89.1.reliquus autẽ.L.B.X.reliquoꝝ ad ſemicirculum.90. 59.eſt autẽ etiam arcus.X.B.cum ſit medietas partis circũferentiæ.B.X.E. graduum 78.35.totus enim.E.B.157.10.proxime graduũ demõſtratus eſt/quare reliquus etiã L.B.arcus epicycli/quo luna a maxima longitudiue in expoſito medio ſecundæ eclipſis tempore diſtabat graduũ eſt.12.24.proxime quod erat demonſtrandũ. ¶ Similiter qm̃.D.C.N.angulus.89.1.talium demonſtratus eſt qualium quatuor recti ſunt 360.Erit etiã.C.D.N.reliquus angulus qui ſubtendit arcum a medio longitudinis motu auferendũ/ propter inæqualitatem/quæ fit penes.L.B.arcũ epicycli reliquoꝝ ad rectum angulũ/graduũ.0.59.Quare lunæ per longitudinẽ(in medio ſecũdæ eclipſis tempore)medius motus in gradibus.14.44.uirginis fuit/uerus autem in gradibus.13.45.ſicut & ſolis uerus motus in piſcib9. ¶ Rurſus prima trium eclipſiũ: de


Pauni illis(quas accuratiſſime i alexãdria obſeruauimus).17.Adriani/Pauni mẽſis ſm egyptios die.20.quem.21.ſequebatur.Cuius tempus mediũ fuiſſe computauimus. 45. ſexageſimis unius æqualis horæ ante mediã noctẽ:& defecit tota: Eratq; uerus locus ſolis in Tauri gradibus.13.14.proxime. ¶ Secũda uero fuit in.xix.anno Adriani

Choeac Chiac/die ſecũdo/tertio ſequente/cuius tempus mediũ fuiſſe cõputauim9 ante mediã noctem una hora æquali/defecitq; a ſeptentriõe medietas & tertia diametri pars in qua hora uerus ſolis locus fuit in libra gradibus.25.6.proxime. ¶ Tertia fuit.xx. Anno adriani/die pharmothi:ſecũdum ægyptios.xix.quem ſequebatur uigeſimus/ Cuius medium tempus fuiſſe cõputauimus quatuor æqualibus horis poſt mediam noctem:& defecit medietas diametri a ſeptentrione.Fuit autẽ ſol in illa hora in gradibus piſciũ.14.12.proxime/Patet igitur quia etiã hic (ĩtegris reiectis circulis)tot gradib9 lunã motam fuiſſe/quot ſol quoq; motus fuit:a medio quidem primæ:ad medium ſecundæ eclypſis tempus/gradib9.161.55.A medio uero ſecũdæ ad mediũ tertiæ gradibus.138.55.Fuit autẽ interiacens tempus primæ quidem diſtãtiæ anni uni9 ægyptiaci/& dierũ.166.& horarũ æqualiũ ſimpliciter quidem.23.45.exacte autẽ.23. 39. ¶ Secũdæ uero diſtantiæ anni rurſus ægyptiaci unius:& dierũ.137.& horaꝝ æq noctialiũ ſimplr quidẽ quinq; exacte uero.5.30.Mouet autẽ rurſus luna motu medio(reiectis circulis)in anno quidẽ uno & dieb9.166.& horis æqualib9.23.39.Inæqlitatis quidẽ gradus.110.21.Longitudinis autẽ gra.169.37.ꝓxime.In anno uero uno & diebus.137.& horis æqualibus.5.30.inæqualitatis quidem gra.81.36.longitudinis autem.137.34.proxime. Patet ergo quia gradus.110.21.epicycli in prima diſtãtia ſubtraxerunt a medio motu longitudinis gra.7.42.ſecundæ autem diſtantiæ gradus.81.36.addiderunt medio longitudinis motui gra.1.21. ¶ His ita ſuppoſitis.Sit rurſum.A.B.G.æpicyclus lunæ &.A. quidem punctum ſit in quo luna fuit in medio primæ eclypſis tempore.B.autem in quo in ſecundæ.G.uero in quo in tertiæ. intelligaturq; ſimiliter lunæ tranſitus ex.A.ad.B.fieri:& ex.B.ad.G.ut.A.B.quidem arcus cum ſit graduum.110.21.auferat(ut diximus)a medio longitudinis motu gra.7.42.B.G.autem arcus cum ſit graduum .81.36.addat longitudinis gra.

dus.1.21.reliquus uero arcus.G.A. cum sit graduum.168.3.addat longitudini reli/quos gradus.6.21.Quod igit' i arcu.A.B.maximam esse oportet longitudinē perspi cuum inde est.q; neq; in.B.G.arcu:neq; in.G.A.esse potest: nam uterq; ipsorum & uim addendi habet:& minor semicirculo est/ etiam in hoc nostro supposito:capia/tur centrū zodiaci & eius circuli.In quo epicyclus fertur:& sit punctū.D.& ab eo.ad triū eclypsium puncta.D.E.A.&.D.B.&.D.G.lineæ protrahantur & coniuncta.B. G.protrahantur etiam ex.E.puncto ad puncta quidē.B.G.lineæ.E.B.&.E. G.ad li/neas uero.B.D.&.D.G.perpendiculares.E.F.&.E.I.Præterea ex.G.puncto ad.B.E. lineam perpendicularis.G.T.producatur:quoniā ergo.A.B.arcus.7.42.gradus cir/culi(qui per medium signorum est) subtēdit:erit etiam angulus.A.D.B.cum sit in centro zodiaci talium.7.42.qualium quatuor quidem recti sunt.360.qualiū uero duo recti sunt.360.erit.15.24.quare arcus etiam chordæ.E.F.talium est.15.24.qua/lium est circulus qui triangulo.D.E.F.circūscribitur.360.ipsa uero linea.E.F.16.4. 42.talium qualium est diameter.D.E.120.similiter quoniam.A.B.arcus graduū est 110.21.erit angulus quoq; A.E.B.cū sit incircūferentia taliū.110.21.qualium duo recti sunt.360.Erat autē etiam.A.D.B.angulus.15.24.eorūdē:quare reliquus &.E.B.D. angulus.94.57.est eorundē.Est igitur etiam arcus chordæ.E.F.taliū.94.57.qualiū est circulus qui triangulo.B.E.F.circunscribitur.360.ipsa uero linea.E.F.88.26.17. talium qualium est chorda.B.E.120.quare qualium.E.F.quidem linea est.16.4.42. D.E.uero.120.talium etiam.B.E.linea erit.21.48.59. ¶Rursus quoniam.G.E.ar/cus.6.21.gradus circuli qui per medium signorum est subtendere demonstratus est/ erit angulus quoq; A.D.G.cum sit in centro zodiaci talium.6.21.qualiū quatuor re cti sunt.360.qualium uero duo recti sūt.360.talium.12.42.Quare arc9 quoq; lineæ E.I.talium erit.12.42.qualium est circulus qui.E.I.rectangulo circunscribitur.360. ipsa uero linea.E.I.talium.13.16.19.qualium est chorda.D.E.120.similiter qm̄.A. B.G.arcus graduum esse colligitur.191.57.erit angulus quoq; A.E.G.cum sit incir/cunferentia talium.191.57.qualium duo recti sunt.360.erat autem etiam.A.D.G. angulus.12.42.eorundē/erit ergo etiam reliquus.E.G.D.179.15.eorūdem/quare ar/cus quoq; chordæ.E.I.talium erit.179.15.qualium est circulus.G.E.I.q triāgulo cir cunscribitur.360.ipsa uero linea.E.I.talium erit.119.59.50.qualium est diameter G.E.120.quare qualium est.E.I.quidē linea.13.16.19.D.E.uero.120.talium erit etiā linea.E.G.13.16.20.sed linea etiā.B.E.21.48.49.eorundē/demonstrata est. ¶Rur/sus qm̄ arcus.B.G.graduum est.81.36.erit etiam angulus.B.E.G.cū sit incircūferen/tia.81.36.talium qualium duo recti sunt.360.quare arcus etiā chordæ quidem.G. T.talium erit.81.36.qualium est circulus qui.G.E.T.triangulo circunscribitur.360. chordæ autem.E.T.arcus reliquorū ad semicirculum.98.24.Erunt igitur etiā chor dæ suæ.G.T.quidē talium.78.24.37.qualium est diameter.E.G.120.E.T.autē.90. 50.22.eorundem/quare qualium est linea.G.E.13.16.20.talium erit.G.T.quidem8. 40.20.E.T.autem similirer.10.2.49.erat autē etiam tota linea.E.B.21.48.59.ergo rē liqua etiam.T.B.talium erit.11.46.10.qualium erat.G.T.8.40.20.est autem etiam quadratum lineæ.B.T.138.31.11.& quadratum lineæ.G.T.75.12.27.earundem/ qua composita faciunt quadratum lineæ.B.G.hoc est.213.43.48.quare.B.G.talium per longitudinem est.14.37.10.qualium.D.E.quidem linea est.120.G.E.autem simili/ter.13.16.20.est autem etiam ipsa.B.G.talium.78.24.37.qualium est epicycli dia/meter.120.subtendit enim arcum.B.G.qui ē graduum.81.36.Quare qualium.B.G. quidem linea est.78.24.37.diameter uero epicycli.120.talium.E.D.quidem linea erit.643.36.39.G.E.autem.71.11.4.eorundem/erit igitur etiam arcus chordæ.G. E.talium.72.46.10.qualium est epicyclus.360.sed suppositus etiam est arcus.G.E. A.168.3.& reliquus igitur.E.A.graduum est.95.16.50.& chorda sua talium.88. 40.17.qualium epicycli quidem diameter est.120.E.D.autem linea.643.36.39. ¶Quoniam igitur rursum arcus.E.A.minor semicirculo demonstratus est/ patet quia centrum epicycli extra.E.A.portionem cadet.Capiatur igitur & sit.C.& cōiun gantur.D.M.&.C.L.ut rursus.L.quidem punctum maxima.M.uero minima fiat longitudo:quoniā igit' rectangulum quod fit ex.A.D.&.E.D.æquale illi rectangu

40





lo est quod ex.L.D.&.M.D.producit': demonstratũq; nobis est qualiũ.L.C.M. epi cycli diameter.120.taliũ.E.A.qdẽ lineã eẽ.88.40.17.F.D.certe aũt.643.36.39.earũ dẽ/totã uero.A.D.732.16.56.ideo certe quod fit ex.A.D.&.D.E.hoc est quod ex.L. D.&.D.M.producitur earundẽ.471304.46.17. ¶ Rursus quod fit ex.L.D.&.D. M.cũ eo quod ex.C.M.illud quadratũ facit quod est ex.D.C.linea autẽ.C.M. ex cẽ tro epy.exiens.60.partiũ est q̃ in se ducta.3600.Si hæc.3600.addamus præcedẽtib9 471304.46.17.habebimus quod ex.D.C.quadratum eorũdem.474904.46.17. earũdẽ.Quare.D.C.quæ ac ẽtro cõcentrici zodiaci epiciclumq; deferentis est: taliũ erit.689.8.qualium est.C.M.quæ a centro epicycli est.60.Quare qualinm est linea quæ est inter centra zodiaci & epicycli.60.talium etiam erit quæ est a centro epicy/ cli.5.14.quæ proportio eadem est proxime illi proportioni quã per antiquissimas æclipses pauloante demonstrauimus. ¶ Ducatur igitur rursus in eadem descriptio ne a centro.C.ad lineã.D.E.A.perpendicularis.C.N.X.& protrahat'.A.C.linea qm̃ igitur qualiũ.D.C.linea demonstrata est.689.8.talium erat etiam.D.E.quidẽ linea 643.36.39.N.E.autẽ cũ sit medietas ipsius.A.E.44.20.8.earũdem / & erit ẽt tota D.E.N.earundẽ.687.56.47.quare qualiũ.D.C.chorda est.120.Talium erit.D.N. 119.47.36.& arcus suus talium.173.17.proxime qualium est circulus qui.D.C.N. Triangulo circũscribitur.360.quare angulus quoq;.D.C.N.talium est.173.17.qua lium duo recti sunt.360.qualium uno quatuor recti sunt.360.taliũ.86.38.30.Qua re arcus etiã epicycli.M.E.X.est.86.38.30. ¶ Arcus autẽ.L.A.X.93.21.30.Reliquoꝝ ad semicirculũ. Est autẽ etiam arcus.A.X.(cum sit medietas ipsius arcus.A.E.)47. 38.30.proxime eorũdem/erit ergo & reliquus.A.L.graduũ.45.43.sed totus.A.B. supponebat' esse.110.21.eorũdem/erit ergo etiam reliquus.L.B.arcus quo luna i me dio secundæ æclipsis tẽpore a maxima longitudine distabat graduũ.64.38. ¶ Siꝛ quoniã.D.C.N.angulus.86.38.proxime taliũ demonstrat9 est: qualiũ quatuor re/ cti sunt.360.angulus uero.C.D.N.reliquoꝝ ad unũ rectum.3.22.supponebat' autẽ totus.A.D.B.angulus.7.42.eorũdem esse/erit ergo reliquus angulus.L.D.B. qui subtendit arcum a medio longitudinis motu auferendũ propter inæqualitatẽ quæ fit penes.L.B.arcum epicycli reliquorũ graduum.4.20. Quare luna secũdũ longitu dinẽ in medio secũdæ eclipsis tempore: medio motu obtinebat gradus arietis.29. 30.Nã exquisite.25.10.arietis.Tot scilicet quot etiam sol libræ gradus obtinebat.

¶ De emendatione mediorũ longitudinis & inæqualitatis motuũ lunæ. Ca. VII.

QVONIAM igitur demonstrauimus lunam in secunda quidẽ antiqua/ rum eclypsium in medio ipsius eclypsis tempore æqualiter secũdũ lon/ gitudinẽ quidẽ.14.44.gradus uirginis obtinuisse. Inæqualilatis autẽ a maxima epicycli longitudine gradus.12.24. In secũda uero nostri tem poris eclipsiũ medio scilicet(secũdũ longitudinẽ) motu.29.30.gradus arietis obti nuisse: Inæqualitatis uero a maxima longitudine gradus.64.38.patet quia in tem pore quod inter prædictas eclypses interfuit(reiectis integris circulis) mota medio luna est longitudinis quidem gradibus.224.46.Inæqualitatis uero gradibus.52.14 sed tẽpus a secundo anno Mardocempadi thoth.18.sequentis autem decimonono ante mediã noctẽ media & tertia horæ unius æqualis parte/usq; ad decimũnonum Adriani annũ/chiach diæ secũdo sequẽte tertio/ante mediã noctẽ hora una æquali annorũ est ægyptiacoꝝ.854.& dierũ.73.& horarũ simpliciter quidẽ.23.50.exquisi/ te autem & ad æquales dies naturales.23.20.estq; totus dierum numerus.311783.& horarum æqualium.23.20.quibus per diurnos medios motus/ sine æquatione/iam nobis expositos cõuenire(integris reiectis circulis)inuenimus/longitudinis quidẽ gradus.224.46.Inæqualitatis uero gradus.52.31.& sic longitudinis motus idẽ in/ uenitur illi qui per expositas obseruationes a nobis collectus est:inæqualitatis uero 17.sexagesimis excedit/Quare antequã tabulas cõscriberem9.Vt diurni motus emẽ dant'.17.sexagesimas p̃ multitudinẽ dictarũ dierũ partiti:& uni diei cõuenientes par tes.0.0.0.0.11.46.39.subtraxim9 a diurno medio motu inæqualitatis q ante emẽ/

dationẽ

dationem habebatur/& sic inueniemus emendatum esse graduum.13.3.53.56.17.51.59.& his cõsequẽter reliquam tabularum compositionem absoluimus.

¶ De locis æqliũ lunæ motuũ lõgitudinis & inæqlitatis tpe nabonassari. Ca. VIII

De.M.M.☽ In longitudine & diuersitate.

TERVM ut ẽt motus eox in eũdẽ primũ Nabonassari annũ/& in pria diei thoth fm ægyptios meridiẽ reducamus/cæpimus tẽpus quod inde usq; ad mediũ secũdæ antiquarũ æclypsiũ tẽpus/quæ(ut diximus)fuit secũdo Mardocẽpadi anno thoth.18.sequente.19.æqualis horæ sexagesimis.5oante mediã noctẽ/id tẽpus colligitur esse annox ægyptiacox.27.dierũ.17.& horax simpliciter simul & exacte.11.10.pxime/cui adiacent.(Integris circulis reiectis)Longitudinis quidẽ gradus.123.22.Inæqualitatis uero g̃.103.35.hos si a gradibus locox medii motus tẽpore æclypsis secũdæ alteros ab alteris conuenienter subtraxerimus/habebimus q̃ in primo nabonassari anno thot fm ægyptios die pria/in meridie luna fuit fm lõgitudinem qdẽ.11.22.grad.Tauri.Inæqualitatis uero a maxima epicicli lõgitudine habebimus gra.268.49.¶ Distãtiæ aũt grad.70.37.Sol enĩ in eodem tempore.0.45.piscium grad.obtinuisse demõstratus est.

¶ De emendatione mediorum motuum latitudinis lunæ/& de locis ipsorum in primo Nabonassari anno. Cap. IX.


Periodicos motus☽ i.cõuersiones motuũ☽ aliter.660

ET LONGITVDINIS qdẽ inæqualitatisq; periodicos motus/& locos ipsox his rationibus cõstituimus.In latitudinis aũt motu antea qdẽ ẽt ipsi errabam9 eo q̃ utebamur fm Hip.illa ꝓportiõe q̃ ☽ sexcẽtis qnq̃gĩtaq; pxime uicibus/circulũ suũ mẽsuraret/bis aũt atq; semis umbrã fm mediã in pleniluniis distãtiã.His enim suppositis & ad hæc quãtitate inclinationis obliqui circuli lunæ particulariũ æclypsiũ ipsis termini dantur.Capiebamus igit æclypsiũ distãtias & magnitudinẽ obscurationũ in tẽporibus mediis motuũ latitudinis in obliquo circulo ab altero nodox cõputabamus/& p demõstratã inæqualitatis differẽtiam periodicos motus a ueris discernebamus:& sic periodicos latitudinis motus in mediis æclypsiũ tẽporibus/& locũ quo interiecto tẽpore peruenit/circulis integris semper reiectis inueniebamus.¶ Nũc aũt faciliore usi uia/q̃ suppositionibus eisdẽ ad inueniẽda quæsita nõ indiget/& motũ latitudinis p cõputationẽ illox factũ falsam inuenimus & ab hoc(absq; illis)percepto atq; deprenso/hypotheses etiã ipsas de magnitudinibus fm distãtias:nõ ita se habẽtes tãq̃ falsas redarguimus atq; emẽdauimus/id ipsũ in saturni quoq; atq; mercurii rationibus fecimus.Mutauimus.n.nõnulla nõ exacte ꝓcepta/qm̃ ueriores postea obseruationes in nos ꝓuenerũt/qppe decet oẽs q amore ueritatis impulsi has speculatiões susciꝓũt/nõ solũ ad priscox emẽdationẽ certiore nouaq; uti uia.Verũ ẽt ad sui ipsox/nec id turpe sibi putare/si nõ solũ a seipsis uerũ etiã ab aliis ad exactiora reuocãtur/præsertim cũ magna hæc atq; diuina ꝓfessio sit/sed qũo singula hox demõstrent̃ ĩ ꝓpriis locis explanabimus.¶ In ꝓsentiax aũt(ut cõsequẽter ꝓgrediamur)ad demõstrãdũ latitudinis motũ reuertamur/hæc demõstratio sic se habet.Nã primũ ad huius medii motus emẽdationẽ/defectus quosdã lunæ q̃ diligẽtissime cõscriptos/q̃ remotissimi tẽporis inueniri potuerũt/quæsiuimus/i qbus & obseruationũ magnitudines æqles fuerũt/in eodẽq; nodo factæ/& in utrisq;/aut a septẽtrione aut meridie/similiter & ad hæc luna indistãtia erat æqli.Hæc enĩ cũ ita se hẽant/necesse ẽ ut cẽtrũ lunæ æqliter in utroq; defectu ipsius a caudæ distet nodo/& iccirco uerus motus eius integros ĩ medio tẽpore obseruationũ circulos latitudinis cõtineat.¶ Primã igit æclypsim cæpimus quæ primo & trigesimo primi Darii anno in Babylone fuit obseruata/Tybi(fm ægyptios)tertio sequẽte quarto ante mediã noctẽ hora media/diciturq; luna defecisse ab austro duobus digitis.¶ Secũdã q̃ Alexãdriæ nono Adriani anno fuit obseruata Pathon fm ægyptios die.17.sequente.18.ante mediã noctẽ horis.3.36.quando similiter sexta pars lunaris diametri a meridie defecit.Erat autem & motus latitudinis lunæ in utraq; æclypsi iuxta descẽdẽte nodũ/quod p uniuersaliores quoq; ratiões cõprehẽdit̃ distãtia/& æqualis pximæ/& paulo ꝓpinqor terræ/qa media

quod etiam ab iis quæ de inæqualitate demonstrata sunt perspicuum est/quoniam ergo quando ab austro luna deficit/tunc centrū eius borealius ecliptico circulo est/ Patet quia in utraq; eclypsi luna.G.100.M.19.a maxima epicycli longitudine distabat/medium enim tempus media hora mediā noctem in Babilone precessit.In Alexandria uero tertia unius æqualis horæ parte: & sunt a statuto loco lunæ in tempore Nabonassari anni.256.dies.122.& æquales horæ simpliciter quidem.10.20.Ad dies uero æquatos.10.15.Iccirco uerus motus gradib9 quinq; medio minor fuit. ¶ In secūda uero eclipsi luna.251.53.gradib9 a maxima epicycli lōgitudine distabat sunt eni ēt hic a statuto loco lunæ usq; ad mediū æclpsis āni.871.dies.256.& æqles horæ simpliciter quidē .8.24.exacte autem.8.5.quapropter etiā uerus motus.4.53.gradibus maior medio erat. ¶ In tempore igitur quod iter utrasq; fuit eclipses annorum ægyptiacorum.615.dierum .133.& horarum æqualium.21.50. Verus lunæ motus secūdum latitudinem integros circulos absoluit medius uero gradibus.9.53. Qui ex utraq; in æqualitate colligūtur ad integros circulos defecit.Sed a mediis motib9 Qui secūdū Hipparchi uiam in tanto tempore colliguntur decem gradibus & duæ sixagesimæ proxime/ad integras restitutiones deficiunt/quare motus latitudinis nouem sexagesimas per eam uiam excedit/Has igitur in multitudinē dierum predicti temporis.224609.proxime partiti quod factum est.0.0.0.0.8.39.18.addidimus diurno medio motui iam demōstrato:& sic emendatū diurnū mediū motum inuenimus gradū.13.13.45.39.48.56.37.Consequenterq; postea reliquas tabulas cōposuimus. ¶ Ita ergo semel motu latitudinis demonstrato/deinceps ad locoꝝ eius cōstitutionem/duarū rursus eclypsium distātiam quesiuimus:in quibus cætera quidē superioribꝰ cōueniebant/nā & distantiæ lunæ æquales proxime iueniebant.& obtenebratiōes similiter:& utræq; ad septētrionē uel ad meridiē nodus uero idē nō erat sed oppositus. ¶ Harū eclipsium prima est(qua ad demonstrandā inæqualitatem fuimus usi)facta secūdo anno Mardocēpadi/thot/secūdū ægyptios/die.18.sequente 19.in media nocte apud babilonios:alexandriæ autem.50.unius horæ sexagesimas præcessit/asseriturq; luna tribus digitis ab austro defecisse. ¶ Secūda est qua hipparcus etiā usus fuit facta.20.eius darii anno/qui cambisse successit epiphi secūdū egyptios die.28.sequēte.29.in horis æqualibus post occasum solis.6.20.in qua silr luna quarta diametri parte ab austro defecit/eratq; mediū tempus in babillone ante mediā noctem.24.unius æqualis horæ sexagesimis/fuit eni tunc media nox i horis.6.45.proxime/in alexandria uero ante mediā noctem.1.15.æqualibꝰ factaq; ē eclipsis utraq; cū luna in maxima distātia esset/sed prima iuxta ascendentē nodū capitis/altera iuxta descendētē:ut etiā i ipsis æqualiter borealibꝰ circulo/qui p mediū signoꝝ est/centrū lunæ fuisse inueniat. ¶ Sit igit.A.B.G.obliquus circulus eius. Cuiꝰ diameter.A.G.& supponat.A.punctū nodū esse ascendentē.G.uero descendētē.B.aūt borealissimū terminū & itercipiat a pūctis.A.&.G.idest ab utroq; nodoꝝ uersus.B. borealē terminū.A.D.&.E.G.arcus æquales ita ut in prima quidē eclipsi cētrū lunæ in puncto.D.in secūda uero in.E.fuerit. ¶ Sed tēpus a statuto loco lunæ ad primā eclipsim annoꝝ fuit ægyptiacoꝝ.27.& dierū.17.& horarū æquinoctialiū tā simplr q̄ exacte.11.10.atq; hac de causa a maxima epicycli longitudine luna distabat grad. 11.24.& medius motus eius maior erat q̄ uerus.59.sexagesimis. ¶ Tēpus aūt usq; ad secundā eclipsim similiter ægiptiacoꝝ annoꝝ.245.& dierū.327.& horaꝝ æquinoctialiū simpliciter qdē.10.45.exacte aūt.10.15.& hac de causa luna a maxima epicycli lōgitudine distabat gradib9.2.44.eratq; medius motus maior quā uerus.13. Sexagesimis. ¶ Tēpus etiā qđ inter has obseruationes interfuit quodq;.218. ægyptiacos annos cōtinet:& dies.309.& horas æquales.23.5.secundū latitudinis motū mediū iā expositū colligit(reiectis integris circulis)gra.160.&.4.sexagesimas. ¶ Sit ergo pp hæc medius ēt centri lunæ motꝰ in prima quidē eclypsi in puncto.F. In secunda uero in.I.& q̄m.F.B.I.arcus graduū est.160.4.D.F.autem sexagesimaꝝ.59. E.I.uero sexagesimarū.13.colligef:etiā arcū.D.E.graduū esse.160.50.Quare utriq; simul.A.D.&.E.G.arcus reliquoꝝ ad semicirculū sint graduū.19.10.& uterq; ipsoꝝ p se(q̄m æquales sunt).9.35.eorūdē:quibꝰ uere lunæ motus in prima quidem eclypsi a nodo descēdēte deficiebat, In secūda uero descēdentē precedebat/q̄re totꝰ etiā

Eclypsis prima

Eclypsis secūda.
Darius philippo successit.



arcus.A.F.gra. est.10.34.& reliquus.I.G.gra.9.22.Ergo medius quoq; lunæ motus in prima qdē eclipsi ab ascēdente nodo deficiebat gra.10.34.distabatq; a boreali termino gra.280.34.In secūda uero.9.22.gra.descendētem præcedebat/ distabatq; ab eodem boreali termino gra.80.38.Quare quoniam tempus a loco lunæ statuto usq; ad eclipsis primæ medium continet(reiectis circulis)gra.286.19.si hos a loco eclipsis primæ hoc est gra.280.34(adiecto circulo)subtraxerimus/ habebimus locum medii motus latitudinis a boreali termino grad.354.15.in primo Nabonassari anno/prima die thot fm ægyptios in meridie.

¶ Expositio tabulæ primæ ac simplicis inæqualitatis lunæ. Cap.X.

SERVM quoniam ad discernendas coniunctiones & oppositiones calculosq; ipsarū/secūda(quā demonstraturi sumus)inæqualitate nos indigemus/particularium partium tabulam fecimus/ quarum cōputationem per lineas sicut & in sole adinuenimus usiq; sumus proportione 60.ad.5.14.sexagesimas proxime/partitiq; sumus similiter quartas quidem partes illas quæ maximæ lōgitudini adherent per grad.6.eas uero quæ minimæ longitudini adherēt per gra.3.Vt rursus tabulæ descriptio huius solaris similis sit/uersusq; 45.ordinis.3.quorum duo primi numeros graduum inæqualitatis continet certius addendos/subtrahendosue gradus qui singulis partibus accomodantur/ita subtractio quidem tam in longitudinis q̄ in latitudinis calculo fit/ quando inæqualitatis numerus qui a maxima epicicli lōgitudine colligitur usq; ad.180.gra.ascendit.Additio uero quando.180.gra.excedit.Et tabula huiusmodi.

¶ Quod non penes suppositionum sed penes computationum differētias lunaris inæqualitatis quātitas diuersa est fm Hipparchum. Cap.XI.

ISTA iam demōstratis nō iniuria quispiā quæreret quānā ob causam per expositas ab Hipparcho ad huius inæqualitatis cōsiderationē lunaris eclypsis nec eadē ꝓportio illi colligitur/quam nos demōstrauimus nec prima excētricitatis suppositio.Secūdæ quæ ꝑ epiciclū est cōsonare cōueniretq;(ut demōstrauimus)iuenitur. ¶ In pria enī suppositione ex cōputationibus colligit eā esse semidiametri excētrici ad lineā quæ inter cētra ipsius & zodiaci est/quā habēt.3144.ad.327.50.ꝓxime quæ ꝓportio eadem est ꝓportioni.60.ad.6.15. ¶ In secūda uero colligit ꝓportionē semidiametri zodiaci circuli usq; ad epicicli centrū/ad semidiametrū epicicli eam esse quā habent.3122.ad 247.30.quæ ꝓportio eadē est ꝓportioni.60.ad.4.46.Facit aūt maximam inæqualitatis differētiā:ꝓportio.60.ad.6.15.graduū.5.49.Proportio aūt.60.ad.4.46.grad.4.34.cū secūdū nos ꝓportio.60.ad.5.14.differētiam prædictam.5.graduū ꝓxime faciat. ¶ Quod aūt nō ꝓpter suppositionū differētiā(ut aliqui putarēt)hic error secutus est/tum ratiōe paulo ante patuit/quoniā utroq; modo eadē pænitus accidere apparentia demōstratū est/tum si ꝑ numeros cōputationē facere uoluerimus eādē(ex utraq; suppōne)fieri ꝓportionē inueniemus/dūmodo eisdem apparētibus in utraq; utamur. ¶ Nec diuersa(sicut Hipparcus accipiamus possibile.sic enim est/cum nō eædē eclypses capiātur/errorē uel penes ipsas obseruatiōes/uel penes distātiarū cōputatiōes accidere. ¶ Inueniemus igit etiā in illis eclypsibus recte oppositiones obseruatas fuisse cōueniēterq; factas positionibus æqualis motus a nobis demōstratis. Cōputatiōes aūt distātiarū qbus ꝓportionis quātitas demōstrat/nō diligētes factas fuisse.Quoꝝ utrūq; a primis tribus eclypsibus initiū capientes demōstrabimus.Tres igit eclypses a Babilone delatas ibiq; obseruatas ait. ¶ Primāq; fuisse in Phanostrati magistratu apud Athenienses mēse possideone defecisseq; lunæ paruā circuli partē ab ortu æstiuo noctis & occidit(iquit)adhuc deficiēs.Hic ānus.366.a Nabonassaro fit/fm ægyptios(ut ipse ait)thot.26.sequēte.27.post mediā noctē horis.5.30.Media enī pars horæ ad diē restabat.Verū cū sol circa finē sagittarii sit/nocturnæ horæ unius tēpora/in Babylonia.18.sunt/nox enim horarū.14.24.æqualiū est.Tēporales igit

Tabula primæ simplicis inæqualitatis ☽

Numeri cōmunes		Additio sbtractio	
G	G	G	M
0	354	0	29
12	348	0	57
18	342	1	25
24	336	1	53
30	330	2	19
36	324	2	44
42	318	3	8
48	312	3	31
54	306	3	51
60	300	4	8
66	294	4	28
72	288	4	38
78	282	4	49
84	276	4	56
90	270	4	59
93	267	5	0
96	264	5	1
99	261	5	c
102	258	4	59
105	255	4	57
108	252	4	53
111	249	4	49
114	246	4	44
117	243	4	38
120	240	4	31
123	237	4	24
126	234	4	16
129	231	4	7
132	228	3	57
135	225	3	46
138	222	3	35
141	219	3	23
144	216	3	10
147	213	2	57
150	210	2	43
153	207	2	28
156	204	2	13
159	201	1	57
162	198	1	41
165	195	1	25
168	192	1	9
171	189	0	52
174	186	0	35
177	183	0	18
180	180	0	0
1ª	2ª		
Mi.Add.			

horæ.5.30.colligũt æquales horas.6.15.principiũ igit̃ eclypſis fuit poſt horas æqua/
les.18.36.poſt meridiẽ diei.26.Sed qm̃ parua pars obſcurata fuit totũ eclypſis t̃pus
fuiſſe debet horis.1.30.ꝓxime. Medium uero eclypſis poſt meridiem horis æquali/
bus.19.20. ¶ Quare in Alexandria rurſus medium huius eclypſis tempus fuit poſt
meridiem diei uigeſimi ſexti horis.18.30.Eſt autem tempus a dato loco lunæ in pri
mo Nabonaſſari anno uſq; ad expoſitum.365.ægyptiacorum annorum & dierum
25.& horarum æqualium ſimpliciter quidem.18.30.Exacte uero.18.14.ad quod t̃/
pus computãtes ſecundũ expoſitas nobis rationes.Verum ſolis motum inuenimus
obtinuiſſe ſagittarii gra.28.18.Lunæ aũt mediũ quidẽ motũ geminoꝝ.24.20. Verũ
autẽm.28.17.ſecundũ inæqualitatem enĩ.227.43.gra.a maxima epicicli longitudi/
ne diſtabat. ¶ Sequentem deinceps eclypſim ait in magiſtratu Phanoſtrati apud
Athenienſes/Stirophorionis menſis fuiſſe Phamenoth ſm ægyptios die.24.ſequẽ/
te.25.deficitq; (ut ait) ab ortu æſtiuo prima hora trãſacta/hoc tempus colligitur eſſe
a Nabonaſſaro annorum.366.Phamenoth die.24.ſequente.25.ante mediam no/
ctem horis temporalibus.5.30.proxime/quoniam igitur ſol iuxta finem geminorũ
fuit/una noctis hora in Babylone temporum.12.eſt.Quare.5.30.horæ temporales fa
ciunt æquales.4.24. ¶ Principium igitur eclypſis fuit horis.7.36.æqualibus poſt
meridiem diei.24.Sed quoniã totum eclypſis tempus trium ſcribitur horarum fuiſ
ſe:mediũ uidelicet fuit poſt horis æqualibus.9.10.debuit ergo Alexandriæ poſt me/
ridiem diei uigeſimæ quartæ horis æqualibus.8.15.proxime facta fuiſſe. Anni ergo
a conſtituto loco rurſus ſunt.365.& dies.203.& æquales horæ ſimpliciter quidẽ.8.
15.Exacte uero.7.50.quo in tempore inuenimus ſolem exacte obtinuiſſe geminoꝝ
gra.21.46.Lunã aũt ſagittarii medio quidẽ motu gradus.23.58.Exacte uero.21.48.
ſecundũ inæqualitatem enim.27.37.a maxima epicicli longitudine diſtabat.Colli/
gitur autem diſtantia a prima ad ſecũdã eclypſim dierum.177.& horarum æqualiũ
13.36.In quibus ſol motus fuit gra.173.28. ¶ Sed Hipparcus demonſtrauit q; nume
rus dierum diſtãtiæ fuiſſet.177.& horarum æqualium.13.45.& graduum.173.octa/
ua unius gradus parte minus. ¶ Tertiã ait fuiſſe magiſtratu Euãdri apud Athenien
ſes mẽſe primo Poſſideone thot ſm ægyptios die.16.ſequente.17.& defecit (ut ait)
tota incipiens ab ortu æſtiuo quatuor horis tranſactis/quod t̃pus etiã a Nabonaſſa
ro colligitur annoꝝ.367.thot die.16.ſequẽte.17.ante mediã noctẽ horis.2.30 (Sed
cum ſol duas ſagittarii peregerit partes) hora noctis in Babylone temporum eſt.18.
proxime/quare.2.30.horæ t̃porales/tres æquales horas faciunt/& ſic principiũ ecly/
pſis fuit poſt meridiem diei.16.hor.9.æqualibus. Et quoniã tota defecit totũ qdem
t̃pus quatuor horarũ æqualiũ fuit/& mediũ t̃pus uidelicet poſt meridiem horis.11.
quare mediũ t̃pus in Alexãdria debet fuiſſe poſt eãdẽ meridiẽ horis æqualibus.10.
10. ¶ Eſt autẽ t̃pus a locis conſtitutis annorum.366.dierum.15.& horarum æqua
lium ſimpliciter quidem.10.10.Exacte uero.9.50. ¶ In quo t̃pore inuenimus ſo/
lẽ exacte hoc eſt uero ſuo motu obtinuiſſe ſagittarii gra.17.30.& lunã medio quidẽ
motu geminorũ gra.17.20.Exacte uero.17.28.ſecundũ inæqualitatẽ enĩ.181.12.gra.
a maxima epicicli longitudine diſtabat.Colligitur autẽ a ſecũda ad tertiã eclypſim
t̃pus dierũ.177.& horarũ æqualium.2.Graduũ uero.175.44.ſed hanc diſtantiã Hip
parcus rurſum ſuppoſuit dierum.177.& horarũ æqualiũ.1.40.gra.uero.175.8.Appa
ret igitur in cõputationibus diſtãtiarũ erraſſe in diebus quidem per unã tertiã unius
æqualis horæ partẽ. In gradibus uero.36.ſexageſimis gradus unius ꝓxime/i utraq;
diſtãtia quæ/nõ paruã in quãtitate cõputatiõis ſeu ꝓportionis differẽtiã facere pñt.

Stirophorionis ſeu Phamenoth

Prima eclypſis

¶ Sed trãſeamus nũc ad tres eclypſes poſtremo ibi poſitas & Alexãdriæ obſeruatas
ut ait/quaꝝ primã aſſerit fuiſſe anno.54.ſecundæ (ſm Calippũ) periodi Meſore ſm
ægyptios die.16.& incepit luna deficere ante ortũ ſuũ ꝓ mediam horã: repletaq; rur
ſus fuerat in tertiæ horæ medio. Quare mediũ t̃pus fuit hora ſecunda incipiẽte/an/
te mediam noctem horis tam temporalibus q̃ æqualibus.5.☉.autem circa Virginis
finem fuit. Quare poſt meridiem diei.16.horis æqualibus ſeptem/mediũ eclypſis t̃/
pus Alexãdriæ fuit: eſt autem tempus a conſtitutis locis & anno Nabonaſſari primo
annorum ægyptiacorum.546.dierum.345.& horarum æqualium ſimpliciter qui/
dem.7.Exacte uero.6,30.in quo tempore ſolem exacte obtinuiſſe inuenimus

HAEC FERME sunt quæ ad inueniẽdos ueros lunæ progressus adhibẽtur. Verum cum accidat ut neq; ad sensum quidem apparẽs lunæ progressus idem cum uero sit/quoniã terra non sit (ut diximus) quasi punctum ad distantiam orbis eius/cõsequens necessariumq; profecto est/cũ aliorum apparentium causa cum maxime illorum quæ in solaribus apparent eclypsibus/de diuersitate aspectuum eius dicere. Vnde poterimus per ueros progressus qui ad terræ & zodiaci circuli cẽtrũ intelligũtur: eos qui sunt a uisu cementium/hoc est (qui ab aliqua terræ superficie aspiciũtur) diiudicare: & contrarium rursus ueros ab apparentibus. Cum autem ad hanc considerationẽ sequatur ut nec particulares diuersitatis aspectuum quãtitates possint inueniri/nisi distãtiæ proportionẽtur: nec distãtiæ ꝓportio nisi aliqs diuersitatis aspectus habeat. In his qdẽ quæ nullũ diuersitatis aspectũ sensibilẽ habẽt/atq; uidelicet terra quasi punctũ est: distãtiæ ꝓportionẽ capere possibile nõ est. In his aũt in qbus diuersitas aspectuũ est/sicut in luna solũ modo fit/ut diuersitate aliqua primũ aspectus habita distãtiæ ꝓportio inueniat'/ꝓpterea q; diuersitas huiusmodi etiã p se ipsam p obseruationes accipitur. Distantiæ uero quãtitatis minime. Quãuis Hipparcus a sole id conetur inuenire. Nã qm̃ a quibusdã aliis soli lunæq; accidẽtibus de quibus postea uerba faciemus. Sequitur data unius lunaris distãtia/alterius etiã distãtiã dari/ideo conat' quasi p cõiecturas habita solis distãtia/lunæ distãtiã demõstrare/& primo qdẽ minimũ sensibilẽ diuersitatis aspectũ in sole fieri supponit/ut hinc distantiã eius capiat/deinde p eclypsim etiam quã exponit: modo quasi nullus sensibilis sit in sole diuersitatis aspectus/modo ꝯsi magis sit/uerba facit. Vnde ꝓportiones quoq; distãtiæ lunæ diuersæ (sm unãquãq; suppositionũ uarietatẽ) inuẽtas ibi uidemus/cũ dubiũ de sole penitus sit/nõ solum quãtum diuersitatis aspectum habeat: uerũ etiam si omnino aliquem habeat.

¶ De constructione instrumenti quo aspectus diuersitas capitur. Cap. III.

NOS VERO ne aliqd in hac cõsideratione incerti assumamus/instrumẽtũ cõstruximus/quo exacte admodũ obseruare possimus quãtum & a qua distãtia uerticis aspectus lunæ uariat' in maximo circulo/q p polos horizõtis & lunæ ipsius describit'. ¶ Duas enim regulas quadrilateras fecimus nõ minores p lõgitudinẽ quatuor cubitis/ut plures possint in eis partes signari/crassitudinẽ mediocrẽ ne p lõgitudinẽ flectãtur: sed optime recteq; p quolibet latus tẽdantur/deinde rectas descripsimus lineas p mediũ lationis lateris utriusq; regulæ addidimusq; in utrisq; extremitatibus alterius regulæ tabellas quadratas rectas in ipsa media linea æquales atq; parallelas/quarũ utraq; in medio exactũ habet foramẽ/alterũ minus ad quod uisus accõmodat'. Alterũ quod ad lunã est ita maiusculũ/ut cũ unus oculus tabellæ q minus habet foramẽ apponat'/possit p alterum foramẽ recte oppositũ tota ꝓspici luna/æqliter igitur utrãq; regulã p mediũ linearũ in extremitatibus alterius iuxta tabellã quæ maius foramẽ habet ꝓforauimus p cluum ita p utrasq; imisimus/ut & regularũ latera quæ ad lineas sunt quasi a cẽtro ab ipso cõnecterentur/& regula quæ tabellas habet recte possit undiq; circũduci. Alterã uero quæ tabellas nõ habet in basi sua firmauimus: deinde in media utriusq; linea ad excẽtricitatis iuxta basim/pũcta cæpimus æqualiter & quã plurimũ a cẽtro quod est in clauo distantia/lineãq; regulæ basim habẽtis determinatã in .60. partes partiti sumus/harũq; quãlibet (in quã plures potuimus portiones) Apposuimus autẽ post hãc ipsam regulã ad extremitates paxillos ad earũdẽ partiũ latera/in eadẽ linea recta inter se positos & æqualiter ab eadẽ media linea undiq; distantes/ut perpendiculũ p ipsos depẽdẽs possit regula recta/& indeclinabilis ad horizõtis superficiẽ collocari. Captaq; meridiana linea & in parallela horizõtis supficie ꝓtracta: instrumẽtũ in loco nõ tenebroso/rectũ ita statuimus ut regularum latera qbus inter seipsas a clauo cõnectũtur ad meridiẽ cõuertarẽtur/parallelaq; fierẽt lineæ meridianæ iam captæ & regula (quæ basim habet) recta absq; ulla declinatione ac firmiter staret. Altera uero uediocriter clauo coartata in supficie meridiani circũducet'. Apposuimus aũt ẽt ali-

Instrumẽtum trium regularum siue triquetum.




Vide ioãnem de Mõte regio in propositione .13. huius.

am regulam paruulā ſubtilē & rectā accōmodatā paruo clauo ad extremitatem diuiſæ lineæ iuxta baſim/ita ut circūducatur quæ peruenire poſſit uſq; ad maximā remotionē æqualiter diſtantis extremitatis lineæ alterius regulæ:ut quādo circūducitur poſſit oſtēdere diſtātiā/quæ inter duas extremitates facta eſt: deinde hoc modo lunæ obſeruationes in ꝓgreſſibus q fiūt in ipſo meridiano & iuxta ſolſtitialia puncta circuli q ꝑ mediū ſignorū eſt faciebamus/circuli enī qui in huiuſmodi habitudine ꝑ horizōtis & centri lunæ polos maximi deſcribūtur/iidē ꝓxime fiūt illis qui per polos zodiaci deſcribūtur ad quos ꝓgreſſus lunares ꝓſpiciūtur/& uera a pūcto uerticis diſtātia ꝑ hoc ꝑ ſe ac facile poteſt haberi. Mouētes igitᵉ regulā quæ tabellas habet ad lunā in ipſis meridianis ꝓgreſſibus/donec per utraq; foramina per mediū maioris foraminis cētrū eius ꝓſpiceretur:& notātes in tenui regula diſtantiā quæ fit inter extremitates linearū quæ in regulis ſunt/& ipſam diſtātiā cōferētes cū linea rectæ/regulæ/quæ in .60. partes fuit diuiſa inuenimus quot portionū eſt linea prædicte diſtātiæ taliū qualiū eſt quæ eſt a cētro circuli qui a circūductione in meridiani ſuperficie deſcribitᵉ .60. captoq; arcu q per tantā ſubtēditᵉ lineā habebamus ꝓſpectū lunæ centrū a pūcto uerticis ꝑ hūc arcū diſtare in circulo q ꝑ polos horizontis & ipſius maximus deſcribitᵉ/q tūc idē & meridiano fiebat q meridianus ꝑ æqnoctialis polos & zodiaci deſcribitᵉ. Vt igitᵉ maximū lineæ latitudinis ꝓgreſſum q̄ exactiſſime ſciremus/uſi tūc hac ꝓſpectione inſtrumentali ſumus:quādo maxime in æſtiuali tropico ipſa fuit & ad hæc in ipſo obliq circuli borealiſſimo termino. Tūc qa in his pūctis ꝑ ſatis magnā diſtātiā:idē ſm ſenſum lunæ ꝓgreſſus determinaᵗ/tum qa cū luna ad ipſū uerticis pūctū ꝓxime tūc ꝓueniſſet:eādē ꝓxime in Alexādriæ parallelo: Vbi obſeruationes nobis factæ ſunt/apparētē ſitū cū uero faciebāt. Inueniebaᵗ igitur in huiuſ modi ꝓgreſſibus cētrū lunæ ſemper a pūcto uerticis diſtare duobus gradibus & octaua ꝓxime ꝑte unius gradus. Vt ēt ꝑ hāc inueſtigationē quinq; graduū maximꝰ eius ſm latitudinē ad utrāq; circuli partē q ꝑ medium ſignoꝝ eſt ꝓgreſſus eſſe demonſtreᵗ/qbus fere qui ſunt a pūcto uerticis ad æqnoctialē in Alexandria demōſtrati gradus .30.58. excedūt eos q ſunt ab æqnoctiali ad æſtiualē tropicum gra. 23.51. duobus & octaua ſuper parte ſubtracta. Verū ut etiam cōſiderationem diuerſitatis aſpectuū faceremus/obſeruauimus rurſum eādem modo lunā cū in brumali puncto tropico eſſet partem ꝓpter predicta partem quia cum maxime tunc ſicut in ſimili meridiano ꝓgreſſus a puncto uerticis diſtet:diuerſitatem etiam aſpectus maiorem facilio remq; cognitu facit/ſed a pluribus diuerſitatis aſpectibus quos in huiuſmodi ꝓgreſſibus obſeruauimus. Vnum rurſus exponemus per quem & modum cōputationis aperiemus/& reliquorum demonſtrationem conſequēter ad futura faciemus.


¶ Lunarium diſtantiarum demonſtratio. Caꝑ. XIII.

OBSERVAVIMVS igitur in uigeſimo Adriani anno Athyr ſm ægiptios .13. poſt meridiē horis æqualibus .5.50. (ſole iam occidēte) lunam ī meridiano fuiſſe perſpiciebaturq; nobis ꝑ inſtrumētū gra. 50.55. a pūcto uerticis cētrū eius diſtare. Diſtātia enī q̄ ī tenui regula fuit taliū erat .51.35 qualiū circulus eſt .360. Sed a tēpore cōſtituto a primo Nabonaſſari anno uſq; ad expoſitā obſeruationē tēpus annoꝝ eſt ægyptiacorū .882. & dieꝝ .72. & horarū æqualium ſimpliciter qdē .5.50. exacte uero .5.20. in quo tēpore ſolē inuenimus medio q/dē motu in gradibus libræ .7.31. exacte uero .5.28. Lunā aūt medio motu in ſagittarii gradibus .25.44. & diſtātiā graduū .78.13. Gradus aūt a media lōgitudīe maxima epicicli .262.20. A boreali uero latitudinis termino gradus .254.40. Quapropter diferētia etiā inæqualitatis undiq; diligēterq; collecta .7.26. gradus addebat. Sic itaq; rurſus etiā lunæ ſitus ea hora obtinebat ꝑ lōgitudinē qdē capricorni gra. 3.10. ꝑ latitudinē aūt in obliquo qdē circulo a boreali termino gra. 26. In eo aūt q eſt per polos zodiaci q idē ꝓxime cū meridiano tūc erat a circulo q per mediū ſignoꝝ eſt ad ſeptēnionē gra. 4.59. Diſtāt aūt capricorni quidē gra. 3.10. ab æqnoctiali ad meridiem in eodē circulo gradibus .23.49. æquinoctialis uero a pūcto Alexandrini uerticis ad meridiem ſimiliter gra. 30.58. quare centrū lunæ diſtabat exacte a puncto uerticis gradibus .25.48. & perſpiciebatur diſtare .50.55. Luna ergo ſm diſtantiā progreſſus expo/

siti unius gradus & septē sexagesimarū diuersitatis aspectuū habuit in circulo maximo/q per polos horizōtis & ipsam describit/cū exacte a pūcto uerticis gradibus.49.48.distātiæ. ¶ His hoc modo expositis describātur in supficie illius q p polos Lunæ ac horizōtis est maximi circa idē cētrū circuli.Terræ qdē maximus circulus.A.B. Circulus uero p cētrū Lunæ in obseruatiōe.G.D.& ille ad quē terra quasi punctū est F.I.T.sitq; cōmune omniū cētrū pūctū.C.& sit linea quæ p puncta uerticis trāsit.C. A.G.E.& supponat Luna esse in pūcto.D.distās exacte a.C.pūcto uerticis/expositis gradibus.49.48.& cōiūgātur lineæ.C.D.I.&.A.D.T.& hæc a pūcto quod uisu p spiciētur.E.deducat ppēdicularis qdē ad lineā.C.B.linea.A.L.æquidistās uero lineæ.E.I.linea.A.F.Perspicuū igit est q; luna p arcū.I.T.aspectū ex.A.perspiciētiū immutauit.Erit igitur hic arcus gradus unius & sexagesimarū septē/ut p obseruatione perspeximus.Sed qm.F.T.arcus insensibili differētia maior est quā arcus.T.I.p/pterea quod tota terra quasi pūctū est ad.E.F.I.T.circulū/erit etiā arcus.F.I.T.eorū dē.1.7.proxime/quare angulus quoq; F.A.T (quoniā rursus.A.pūctū nō habet sensibilē differētiā/sed quasi cētrū est ad circulū.F.T.) taliū erit.1.7.qualium quatuor recti sunt.360.qualiū uero duo recti sunt.360.taliū.2.14. Est aūt ipsi æqualis angulus.A. D.L.eorūdē.2.14.erit ergo arcus.A.L.taliū.2.14.qualium est circulus qui.A.D.L.rectāgulo circūscribitur.360.ipa uero linea.A.L.talium.2.21.qualiū est.A.D.diameter 120.Sed hac indifferenter.L.D.linea minor est quare qualiū est.L.A.linea.2.21.taliū etiam erit.L.D.linea.120.proxime/Rursum quoniā.G.D.arcus graduum esse supponit.49.48.erit etiam.G.E.D.angulus qui est in centro circuli talium.49.48.qli um quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti sunt.360.taliū.99.36.quare arcus etiā.A.L.taliū est.99.36.qualiū est circulus qui.A.L.C.rectangulo circūscribitur 360/arcus uero.L.C.reliquorum ad semicirculū.80.24.ergo chordæ quoq; suæ.A. L.qdē taliū erit.99.31.qualium est.A.C.diameter.120.L.C.autē earūdē.77.27.quare si posuerimus.A.C.lineā quæ a centro terræ esse unius/qualis ipsa unius est/taliū erit.A.L.0.46.&.C.L.similiter.0.39.sed qualium erat.A.L.linea.2.21.taliū.L.D.linea fuit demonstrata.120.quare qualiū est.A.L.linea.0.48.Talium erit etiam linea L.D.39.6.Erat autē etiā earūdem.C.L.quidem linea.0.39.C.A.uero quæ est a cētro terræ unius/quare qualis unius est.C.A.quæ est a centro terræ.Talium etiam erit.C. L.D.totaq; lunæ distantia in ea obseruatione continebat.39.45.



FIS ITA demōstratis sit.A.B.G.excētricus lunæ circulus/cuius centrū.D.& diameter.A.D.C.In qua capiatur.E.punctū pro cētro circuli qui per mediū signoꝝ est/&.F.pro declinationis epicicli pūcto/descriptoq; circa.B.pūcto.I.T.C.L.epiciclo cōiungantur lineæ.I.B.T.E.& B.D.&.B.C.F.supponaturq; luna in exposita obseruatione fuisse in pūcto.L.& cōiūgātur lineæ.L.E.&.L.B.deducāturq; ad.B.E.lineam p ductā ex.D. quidē pūcto ppendicularis.D.M.ex.F.aūt ppēdicularis.F.N.quoniā igit in tēpore obseruationis distantiæ graduū numerus erat.78.13.erit etiā ppter predicta/angulus quidem.A.E.B.talium.156.26.qualiū quatuor recti sunt.360.Vterq; uero Angulus F.E.N.&.D.E.N.reliquarum ad duos rectos.23.24.qualiū uero duo recti sūt.360. talium.47.8.quare arcus quoq; uterq;.D.M.&.F.N.taliū: Taliū erit.47.8.qualiū sunt circuli qui rectangulis dictis circūscribitur.360.ppterea q æqualis est linea.D. E.lineæ.E.F.Arcus uero uterq;.E.M.&.E.N.132.52.earūdem/quare chordæ etiā suæ utriq;.D.M.&.F.N.talium sunt.47.59.qualium utraq; diameter.D.E.&.E.F.120. utraq; uero.E.M.&.E.N.110.earūdē/quare qualiū ē utraq; linea.D.E.&.E.F.10.19. &.D.B.quæ est a centro excentrici.49.41.taliū etiā erit utraq; qdem linea.D.M.& F.N.4.8.utraq; uero.E.M.&.E.N.9.27.earūdē/& qm si a quadrato.B.D.subtraxeris quadratū.D.M.relinqtur quadratū.B.M.habebimus etiā totā.B.M.earūdē per lōgitudinē.49.31.&.B.F.similiter.40.4.& reliquā etiā lineā.B.N.taliū.30.37. qli um erat linea.F.N.4.8. ¶ Et qm (quæ ab ipsis fiūt quadrata) si cōponantur/faciunt quadratū.B.F.Habebimus ēt lineā.B.F.qua rectus subtēdit angulus eorūdē.30.54. p lōgitudinē/quare qualiū est.B.F.diameter.120.taliū erit linea.F.N.16.2.Arcus uero suus taliū.15.21.qualiū ē circulus qui rectāgulo.B.F.N.circūscribitur.360. Quare angulus quoq; F.B.N.taliū erit.15.21.qualium duo recti sunt.360. Qualium uero



quatuor recti sunt.360.talium.7.40.ꝓxime/tot ergo.T.C.arcus epicicli graduũ est. ¶ Rursus qm̃ Luna in tẽpore obseruationis distabat a media lõgitudine maxima epicicli gradibus.262.20.ex.C.autẽ media lõgitudíe minima reliquos uidelicet post semicirculum gradus.82.20.Erit etiã arcus qdẽ.C.L.graduũ.82.20. Totus uero.E.C. L.90.rectus ergo est angulus.T.B.L.quare qm̃ qualiũ est.B.D.quæ est a cẽtro excentrici.49.41.B.L.uero quæ est a cẽtro epicicli.5.15.taliũ ẽt.E.B.fuit demõstrata. 40. 4.& qm̃ quadrata ĩstarũ cõpositа faciũt quadratũ.E.L.Habebimus etiã.E.L.per longitudinẽ.40.25.earũdẽ.Distãtia ergo Lunæ in obseruatione taliũ fuit.40.25. qualium.B.L.quæ est a centro epicicli.5.15.& ea quæ est a cẽtro terræ ad maximã excentrici lõgitudinẽ.60.&.E.G.quæ est a cẽtro terræ ad minimã excentrici lõgitudinẽ.39. 12. ¶ Sed distãtia lunæ in obseruatiõe hoc est linea.E.L.taliũ demõstrata est.39.45. qualis est unius quæ est a cẽtro terræ.ergo qualiũ est.E.L.linea lunaris ĩ obseruatiõe distãtiæ.39.45.& quæ est a cẽtro terræ unius taliũ ẽt erit.A.E.qdẽ linea distãtiæ mediæ cõiũctionũ atq; oppositionũ.59.0.E.G.uero mediæ quadraturarũ distantiæ.38. 43.& linea q̃ ẽ a cẽtro epicicli.5.10.earũdẽ quæ nobis erat demõstranda.Hoc modo lunaribus distãtiis demõstratis seqtur iã ut solarẽ ẽt distãtiã demõstremus/quod facile ꝑ lineas demõstrat̃/si ad distãtias lunares ĩ oppõnib9&ꝓiũctiõibus q̃titates quoq; angulo; q cõstituũt̃ tẽpore ipsarũ ĩ uisu a diametris solis ac lunæ & umbræ dabũt̃.

¶ De q̃titate diametro; solis & lunæ & umbræ/quæ in ꝓiũctionibus & oppõnib9 perspiciuntur. Cap.XIIII.


¶ Dioptra instrumentum est Astrolabicum ad altitudines stellarum capiendas.

QUETERAS ergo huius cõsideratiões uias/quæ aut aquæ mensuris/aut ꝑ tẽpora æqnoctialiũ ortuũ lumiariũ mẽsurã uenãtur(qm̃ nõ ĩtegre põt ꝑ eas ꝓpositũ ĩueniri)repulimus.Cõstruximus aũt ẽt ipsi dioptram quadricubitalis regulæ/quã Hipparcus subostendit ꝑ eã; obseruãtes solis qdẽ diametrũ ab eodẽ angulo ꝓxime ubiq; cõtineri inuenimus.Nulla sensibilis differẽtia(de qua curãdũ sit)a distãtiis eius facta.Lunæ uero tũc solũmodo ab eodẽ angulo contineri quo solis cõprehẽdimus:qm̃ in oppositionibus ꝑ maximã a terra distãtiã distat cũ in maxima epicicli & nõ in media sit lõgitudine/cõgrue cõsequẽterq; ad superiores rationes/ad hæc angulos quoq; ipsos nõ parũ minores q̃ traditi sint inuenimus/ nõ tm̃ regulæ mẽsura sed ꝑ quasdã lunares eclypses hæc cõputauimus/nã quãdoqdẽ æqualis angulus ab utraq; diametro subtẽdit̃/facile ꝑ regulæ ꝓstructionẽ põt cognosci/nulla enim in hoc mẽsuratione opus est.Quãtus uero subtẽdatur ambiguũ uidebis nobis uidet̃.Mẽsuratio enim quæ fit in pluribus huc & illuc remotionibus obiectæ latitudinis sup regulæ lõgitudinẽ quæ est a uisu ad tabellã in errorẽ põt ab exacta ueritate abducere.Verũ qm̃ semel luna in maxima eius distãtia pspiciebat̃/æqualẽ ĩ uisu angulum solari angulo facere:ꝑ eclypses lunares in hac distãtia obseruatas. Magnitudinẽ anguli ab ea subtẽsi cõputãtes:hinc & solarẽ demõstratũ tenebamus. Cuius inqsitionis modũ/duabus rursũ eclypsibus facilẽ intellectu faciemus. ¶ Quito igit̃ anno Nabopollassari qui est cẽtesimus uigesimus septimus a Nabonassaro Athyr(ſm ægyptios)die.27.Vigesima octaua sequẽte/iuxta horæ undecimæ finem cœpit Luna in Babylone deficere:& defecit quarta maxime pars diametri ab austro Quoniã igit̃ eclypsis initiũ post mediã noctẽ quinq; horis tẽporalibus fuit. Mediũ uero tẽpus sex horis ꝓxime quæ sunt tũc in Babylone.5.50.æquales. Sol enim erat in.27.3.gradibus Arietis/patet qa mediũ eclypsis tẽpus fuit quando plurimũ diametri Lunæ in umbrã incidit.In Babylone qdẽ post mediã noctem hoꝝ.5.50.æqualibus.In Alexãdria uero.5.solũmodo/& est tẽpus a locis cõstitutis annoꝝ ægyptiacorũ.116.& dierũ.86.& horaꝝ æqualiũ simpliciter qdẽ.17.exacte uero si ad dies æquatos reduxeris.16.45.quare medius ſm lõgitudinẽ Lunæ motus.25.32.libræ.gra.obtinebat.Verꝰ ãt.27.5.At uero ille q ẽ a maxima epicicli lõgitudíe graduũ erat.340.7. a borealiũ termino in obliquo circulo gra.80.40. ¶ Perspicuũ ergo ẽ qa qñ gra.9. 3.cẽtrũ Lunæ distat a nodis ĩ obliquo circulo/qm̃ ĩ maxima sit distãtia/sitq; cẽtrũ umbræ ĩ maximo circulo q ꝑ cẽtrũ Lunæ ad rectos angulos in obliquo describit̃.Secundũ quẽ sitũ maximæ fiũt obtenebratiões/tũc q̃rta pars diametri lunæ ĩ umbrã idicit.

¶ Rursus in septimo anno Cambiissæ qui ẽa Nabonassaro.115.(Phamenoth ſm Aegyptios) die.17.ſequẽte.18.ante mediã noctẽ hora.1. Defecit in Babyllone media pars diametri lunæ a septẽtrione. Fuit ergo in Alexãdria hæc eclypſis ante mediam noctẽ horis æqualibus.1.50.pxime/& ſunt anni a cõſtituto tẽpore.124.ægyptiaci & dies.196.& æquales horæ ſimpliciter qdẽ.10.10.exacte uero.9.50. ¶ Sol enim erat in cancri gra.18.12. ¶ Quare luna quoq; ſm lõgitudinẽ medio qdẽ motu.20.12 Capricorni grad.obtinebat/exacte uero.18.14. ¶ Diſtabat aũt etiam a maxima epicicli lõgitudine gra.28.5.Aboreali uero obliqui circuli termio gra.262.12. Quare hic quoq; patet/qa quãdo cẽtrũ Lunæ.7.48.a nodo diſtat in obliquo circulo/cũ in eadẽ maxima lõgitudine Luna ſit. Vmbræq; cẽtrũ eundẽ ſitum ad ipſam habeat. Media tũc lunaris diametri pars in umbrã incidit. Sed quãdo cẽtrũ Lunæ.9.31 grad.in obliquo circulo diſtat a nodo/tũc diſtat a circulo q p mediũ ſignoꝝ eſt in maximo circulo/q ad rectos obliquo angulos p ipſũ cẽtrũ deſcribit. Vnius grad.ſexageſimas 48.30.Quãdo uero.7.48.gra.in obliquo circulo diſtat a nodo/tũc diſtat a circulo q p mediũ ſignoꝝ eſt/maximo circulo q per ipſum Lunæ cẽtrũ ad rectos obliquo deſcribit ſexageſimas unius gra.40.40. ¶ Quoniã igitur exceſſus duarũ eclypſiũ q̃rtam lunaris diametri partẽ cõtinet/exceſſus aũt duarũ diſtãtiarũ quas propoſuimus quibus centrum eius a circulo q p mediũ ſignoꝝ eſt hoc eſt ab umbræ cẽtro diſtabat 7.50.ſexageſimarũ unius gradus/patet qa tota Lunæ diameter ſubtendit arcum maximi circuli.31.20.ſexageſimarũ gra.unius. Hic etiã facile intellectu eſt q̃ linea quæ eſt a cẽtro umbræ q̃ fit in eadẽ maxima lõgitudie lunæ.40.40.unius g̃dus ſexageſimas ſubtendit. Nam quando centrum Lunæ totidem ſexageſimis diſtabat ab umbræ centro:tunc umbræ circulũ tãgebat. Propterea q̃ media lunaris diametri pars defecit. In ſenſibili aũt atq; indifferẽti minor eſt q̃ dupla/& ad hæc tribus quĩtis maior ſemidiametro Lunæ quæ eſt ſexageſimarũ.15.40. Sed pluribus etiã huiuſmodi obſeruationibus cõſonas pxime inuenimus expoſitas quãtitates/atq; ideo tum ad alia quæ ad eclypſes pertinẽt/ipſis uſi ſumus/tum etiã nũc ad demõſtrationẽ ſolaris diſtãtiæ/tantam enim fere inuenimus/quãtã etiam Hipparcus ſecutus eſt:nam circuli ſolis Lunæ terræq; qui a conis continẽtur:indifferẽte quodam minores ſunt q̃ circuli qui maximi in ſphæris ipſoꝝ deſcribuntur/& diametri q̃ diametri ſimiliter.

¶ De ſolari diſtantia & iis quæ ſimul cũ ea demonſtrantur. Cap.XV.

HIS IGITVR datis & q̃ maxima lunæ in cõiunctionibus atq; oppoſitionibus diſtãtia taliũ eſt.64.10.qualis eſt unius ſemidiameter terræ/Media enim diſtãtia.59.earũdem demõſtrata eſt. Semidiameter autem epicicli.5.10.ꝓſideremus nũc quãta ſolaris diſtãtia colligit. ¶ Sint igit maximi ſpherarũ in eadẽ ſupficie circuli/ſolaris qdẽ ſphæræ.A.B.C.circulus circa cẽtrũ.D.Lunaris uero in maxima Lunæ diſtãtia circulus.E.I.cẽtrũ.T.terræ aũt.C.L.M.circa cẽtrũ.N.& ſupficiẽꝝ quæ ſũt p cẽtra/ſupficies qdẽ quæ ſolẽ & terrã ꝓtinet ſit.A.X.C.quæ uero ſolẽ & lunã amplectit.A.N.C.Axis uero cõmunis ſit.D.T.N.X.Lineæ aũt quæ p cõtactus ſunt/quæq; æqdiſtãtes fiũt & diametris ad ſenſũ æquales. Solaris qdem circuli ſit.A.D.G.Lunaris uero.E.T.I.Terræ aũt.C.N.M.Vmbræ uero in quã in maxima ſua lõgitudine luna incidit.O.P.R.ita ut.T.N.linea æqualis ſit lineæ.N.P.& utraq;.64.10.Taliũ qualis ẽ unius quæ eſt a cẽtro terræ/oportet inuenire quã in.D.ſolaris diſtãtiæ linea ꝓportionẽ habeat ad.N.L.quæ eſt a cẽtro terræ. ¶ Producat igit linea.E.A.uſq; ad.S.& q̃m iã demõſtrauimus ſubtẽdi arcũ circuli qui per ipſam circa cẽtrũ terræ deſcribit taliũ.0.31.20.qualiũ eſt ipſe circulus 360.erit angulus.E.N.I.taliũ.0.31.20.qualium quatuor recti ſunt.360.& medietas eius.T.N.I.talium.0.31.20.qualium duo recti ſunt.360.quare arcus quoq;.T.I taliũ eſt.0.31.20.qualiũ eſt circulus q.N.I.T.rectãgulo circũſcribit.360.Arcus uero T.N.reliquoꝝ ad ſemicirculũ.179.28.40.& chordæ ſuæ.I.T.qdẽ taliũ.0.32.48.q̃liũ ẽ.N.I.diameter.120.N.T.aũt.120.pxime earũdẽ/quare qualiũ eſt.N.T.linea.64.10.talium erit.T.I.0.17.32.eſt autem talis etiã.N.M.quæ eſt a centro terræ unius/& quoniam ꝓportio.P.R.ad.T.I.eſt ꝓportio.2.36.proxime ad unũ:fit etiam.P.R.O.




45.38.quare utraq; simul.T.I.&.P.R.talium sunt.1.3.11.qualis est.N.M.unius/sed utræq; simul.P.R.&.T.S.tota.2.earūdē sunt:propterea q; æquales sunt duabus.N.M.æquedistantes enim oēs ut diximus sunt &.N.P.æqualis est lineæ.N.T.reliqua ergo etiā.I.S.taliū remanet.0.56.49.qualis est linea.N.M.unius & est sicut.N.M. ad.I.S.sic.N.G.ad.I.G.&.N.D.ad.T.D.qualis ergo est.N.D.unius taliū est etiam T.D.0.56.49.& reliqua.T.N.0.3.11.earūdē.quare qualiū est.N.T.linea.64.10.& N.M.unius taliū habebimus.N.D.solaris distātiæ lineā.12.10.proxime.& similiter quoniā qualis ē unius linea.N.M.taliū.P.R.demōstrata ē.0.45.38.Est autem sicut N.M.ad.P.R.sic.N.X.ad.X.P.Qualis ergo unius.N.X.linea est taliū.X.P. erit.0. 45.38.& reliqua.P.N.0.14.22.earūdem:quare qualiū est.P.N.64.10.&.N.M.quæ est a cētro terræ unius.Talium etiā.X.P.erit.203.50.proxime.X.N.autem tota.268. colligitur ergo q; qualis est unius linea quæ est a centro terræ talium est media lunæ in coniunctionibus & oppositionibus distantia.59.Solis uero.12.10.A cētro autē terræ usq; ad uerticem coni sunt umbræ partes huiusmodi.268.

¶ De magnitudine solis lunæ & terræ. Cap.XVI.

RACILIS AVTEM hinc intellectu fit solidarū magnitudinū ꝓportio a diametris solis lunæ & terræ.Nā quando demonstratum est.qualis est unius linea.N.M.quæ est a cētro terræ/talium etiā.T.I.quæ est a centro lunæ.17.33.&.N.T.linea.64.10.Est autē etiam sicut.N.T.ad.T. I.sic.N.D.ad.D.G.estq; .N.D.demōstrata esse earūdem.1210. ¶ Habebimus etiam D.G.quæ est a centro solis.5.30.earūdem proxime. ¶ Quare diametrorum quoq; eiusdem erūt ꝓportiōis. ¶ Qualis igitur est lunæ diameter unius/talium erit terræ 3.cū duabus quintis ꝓxime. ¶ Solis uero.18.cū quatuor quintis. ¶ Quare terræ q/ dē diameter tripla est/& ad huc duabus qntis maior q̄ lunæ.Solis uero decupla octupla; q̄ lunæ/& ad huc quatuor qntis maior.Quincupla uero ad diametrū terræ ad hæc medietate ꝓxime maior. ¶ Eodē modo qm̄ cubus q est ab uno ipsius unius ē/ q uero est a tribus duabusq; qntis.39.4'.ꝓxime earūdē/q autē ē ab.18.& quatuor qntis similiter.6644.30.proxime. ¶ Colligitur qualis unius est solida lunæ magnitudo taliū eē solidā terræ magnitudinem.39.4'.Solis uero.6644.30. Quare magnitudo solis cēties & septuagesies ꝓxie terræ magnitudinē cōtinet.

¶ Habebimus etiā.D.G.semidiametrum solis quintuplā semidiametro terræ: & insuper eius medietatē fere. Diametrorum igitur eedem erunt proportiones.

¶ De particularibus aspectuum diuersitatibus solis & lunæ. Cap.XVII.




IS ITA demōstratis cōsequens est breuiter declarare quomodo qspiam ex quātitate distātiarū solis ac lunæ/particulares etiā ipsoꝝ diuersitates aspectuū cōputabit & primū eas(q̄ in maximo circulo qui per puncta uerticis & ipsas describitur)perspiciuntur. ¶ Sint ergo in superficie maximi huius circuli maximus qdē terræ circulus.A.B. Solis aūt uel lunæ.C. D.illi uero ad quem terra puncti ꝓportionē habet.E.F.I.T.centrūq; omnium sit.C.& diameter quæ est ꝑ pūcta uerticis.C.A.G.E.Interceptoq; a puncto uerticis arcu.G.D.talium uerbi gratia suppositō.30.qualium est.G.D.circulus.360.cōiungantur lineæ C.D.I.&.A.D.T.&a puncto.A.ducatur linea. A . F. æquidistans lineæ.C.I. perpē/dicularis etiā ad ipsam. C.I.deducatur.A.L.& quāuis non eadem semper in utroq; luminarium distantia permaneat/Differentia tamē diuersitatis aspectuū quæ ꝓpter hoc in sole accidit parua nimiū & in sensibilis est ꝑsertim cum excētricitatis circuli eius parua sit/& distātia magna.Quæ uero lunæ ꝓpter hoc accidit eā sensibilē ualde esse necesse est/tum quia motus eius in epiciclo/tum quia epicicli etiā in excētrico motus non paruā in utrisq; distantiis differentiam faciat/diuersitatem ergo aspectus solaris in una solū proportione demonstrabimus in ꝓportione uidelicet.1210. ad unum/lunæ uero in quatuor/quæ maxime faciliorem uiam ad futuras demonstratiōes ꝓstabunt.Cepim9 aūt primo qdē duas distātias quæ fiūt cū epiciclus in maxima excētrici lōgitudine sit.Quoꝝ prima est usq; ad maximā epicicli longitudinem quam colligi demonstrauimus.64.10.Talium qualis unius est linea quæ est a

centro terræ. Secūda uero usq; ad minimā epicicli lōgitudinē quæ colligitur earūdē 53.50. deinde reliquas duas cū epiciclus in minima excētrici longitudine sit. Quarū prima usq; ad maximā epicicli lōgitudinē colligit̄ p demōstrata talium esse. 43.53. Qualis est linea quæ est a cētro terræ unius/altera usq; ad minimā epicicli longitudinē colligitur earūdē. 33.33. Quoniā igit̄ arcus. G.D. gra. 30. supponitur: erit ēt angulus. G.C.D. taliū. 30. qualiū. 4. recti sunt. 360. Qualiū uero duo recti sunt. 360. taliū. 60. quare arcus quoq; .A.L. taliū est. 60. qualiū est circulus q. A.C.L. rectāgulo circūscribitur. 360. Arcus uero. C.L. reliquoꝝ ad semicirculū. 120. Quare chordæ quoq; suæ. A.L. qdem taliū erit. 60. qualiū est. A.C. diameter. 120. C.L. uero. 103.55. earūdē. Qualis ergo est. A.C. unius taliū. A.L. erit. 0.30. &. C.L. 0.52. earūdē aūt est. C.L.D. linea in solari qdē distantia. 1110. In lunaribus uero in primo qdē termino. 64.10. In secūdo autē. 53.50. in tertio. 43.53. in quarto. 33.33. Reliqua ergo linea. L.D. hoc est A.D. (Inæquales enim differēte quodā sunt) In solari qdē distātia erit. 1109.8. in lunaribus uero in prīo termino. 65.18. in secūdo. 52.58. in tertio. 43.1. in quarto. 32.41. ēre ēliū est. A.D. diameter. 120. taliū erit. A.L. linea eadē semp ne lōgiores sumus ordine ītellecto. 0.2.59. &. 0.56.52. &. 1.7.58. &. 1.23.41. &. 1.50.9. Quār arcus quoq; sūt taliū erit. 0.2.50. &. 0.54.18. &. 1.4.54. &. 1.20. &. 1.45. pxime/ qualiū est circulus qui D.L.A. rectangulo circūscribitur. 360. Angulus uero. A.D.B. idest. F.A.T. taliū erit 0.2.50. &. 0.54.18. &. 1.4.54. &. 1.20. &. 1.45. qualium duo recti sunt. 360. qualiū autem quatuor recti sunt. 360. talium. 0.1.25. &. 0.27.9. &. 0.32.27. &. 0.40. &. 0.52.30. Quoniā igitur etiam. A. pūctum indifferens est a centro. C. &. F.I.T. arcus indifferēte quodam maior est q̄. I.T. propterea q̄ uniuersa terra instar puncti est ad circulum E.F.I.T. erit etiam. I.T. diuersitatis arcus talium in solari distantia. 0.1.25. qualium est. E.F.I.T. circulus. 360. in lunaribus uero. In primo quidē termino. 0.27.9. in secundo. 0.32.27. in tertio. 0.40. in quarto. 0.52.30. quæ nobis erant demonstranda.

Quoniam indifferentes sunt inæquales


¶ De tabula diuersitatis aspectuum. Cap. XVIII.

MODEM MODO in reliquis a pūcto uerticis distātiis diuersitates q̄ fiūt per. 6. grad. usq; ad nonaginta cōputauimus/ Tabulam diuersitatis aspectuū in quadraginta quinq; rursum uersibus & ordinibus nouē cōscripsimus/ in quoꝝ primæ qnartæ partis gradus. 90. posuimus per singulos binos facto incremēto. ¶ In secūdo quæ unicuiq; proportioni ex diuersitate aspectus solaris cōueniūt. ¶ In tertio diuersitatis lunæ in primo termino. ¶ In ēr to excessus qbus secūdus terminus primū excedit. ¶ In quinto tertii termini diuersitatē. ¶ In sexto excessus qbus quartus terminus tertiū excedit. (ut uerbi gratia) in in trigesimo gradu. 0.1.25. diuersitatis solaris in secūdo ordine cōgrue opponimus: deinde. 0.27.9. primi lunaris termini/ & postea. 0.5.18. Quibus secūdus terminus primū excedit/ & deinde rursum. 0.40. tertii termini/ & postea. 0.12.30. quibus quartus terminus tertiū excedit. ¶ Verū ut etiam in distātiis quæ sunt inter maximas & minimas longitudines ꝓportionaliter particularibus partibus diuersitates aspectuum ab iis quæ inuēta sunt in expositis quatuor terminis p̄ sexagesimarū appositionem facile cōputare possimus/ tres nobis reliqui ordines ad appositionē huiusmodi differētiarū additi sunt/ quarū cōputatio hoc nobis modo facta est. ¶ Sit. A.B.G.D. lunæ epiciclus/ circa cētrū. E. Circuli aūt q̄ p̄ mediū signoꝝ est/ & terræ ipsius centrū sit. F. & cōiūcta. A.E.D.F. linea protrahat̄ linea. F.G.B. & cōiūgātur lineæ. B.E. &. C.E. & deducātur ad. A.D. lineā ex pūcto qdē. B. ꝑpēdicularis. B.I. Ex pūcto autem. G. perpendicularis. G.T. & supponatur primo luna distare per arcum. A.B. ab. A. maxima lōgitudine exacta & ad centrū. F. capta qui (uerbi gratia) sit graduū. 60. ut etiā angulus. B.E.I. taliū fit. 60. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualiū uero duo recti sūt. 360. taliū erit. 120. igitur hac de causa. B.I. arcus talium. 120. qualiū est circulus q. B.E.I. rectāgulo circūscribitur. 360. E.I. uero reliquoꝝ ad semicirculū. 60. Chordæ igit̄ etiā suæ. B.I. qdē taliū erit. 103.55. qualium est. E.B. diameter. 120. E.I. uero. 60. earūdem sed quādo. E. cētrū epicicli in maxima excentrici longitudine est/ tunc. F.E. ad. E.B. proportio est quā. 60. habēt ad. 5.15. quare qualiū est. E.B. linea. 5.15. talium. B.I. erit



Terræ & signifēri centrum

4.33.&.E.I.linea.2.38.I.F.autem tota.62.38.Et qm̃ si cõponãtur quadrata linearũ F.I.&.I.B.faciũt quadratũ lineæ.F.B.Erit etiã ipsa taliũ.62.48.qualiũ est.F.A.primi termini distãtia.65.15.Et.T.A.secũdi termini.54.45.&.A.D.differentia excessus harũ duarũ distãtiarũ.10.30.& differẽtia ergo quæ in.B.ad primũ terminũ fit talium est.2.27.qualiũ est tota differẽtia.10.30.Quare qualiũ tota differentia est.60.talium erit/tunc differẽtia.M.14.0.hanc igitur in septimo ordine apponemus in uersu qui medietatẽ sexagenarii numeri hoc est triginta cõtinet/ꝓpterea ꝙ oẽs gradus qui ex prio ordĩe ꝓscribũt medietatẽ ꝓtinẽt g̃duũ eorꝫ q sũt ex.A.ad.D.idest g̃.180. ¶Eo dẽ mõ si suppoſuerimus.C.D.arcũ earũdẽ esse.60.Demõstrabitur.C.T.quidẽ taliũ 4.33.qualium est.E.C.semidiameter.5.15.E.T.aũt similiter.2.38.& reliqua.F.T.57.22.earũdem/quapropter etiam.F.C.qua rectus angulus subtenditur erit.57.33.quas rursus si a primi termini.65.15.subtraxerimus/reliquas.7.42.inueniemus esse totius differentiæ sexagesimas.44.0.quas similiter in eodẽ ordine ad sexagesimarum numerũ apponemus/propterea ꝙ.A.B.C.arcus graduũ est.120. ¶Rursus eisdẽ arcub9 suppositis intelligatur.E.cẽtrũ in minima lõgitudine excẽtrici esse/in quo situ tertius & quartus terminus continetur:qm̃ ergo in hoc situ.F.E.ad.E.B.ꝓportionẽ habet.60.ad.8.& qualiũ ergo.B.E.est.8.Colligetur etiã utraꝫ qdã.B.I.&.C.T.linea quãdo etiã arcus uterqꝫ.A.B.&.C.D.60.grad.supponaꝫ taliũ.6.56.qualiũ est linea F.E.60.utraꝫ uero linea.E.I.&.E.T.4.0.earũdem/quare cũ.F.I.earũdem fiat.64.F.T.uero similiter.56.Colligetur etiã.F.B.quæ rectũ angulum subtẽdit.64.23.F.C autẽ talium.56.26.qualium est tertii quidẽ termini linea.F.A.68.A.D.uero linea differentiæ tertii ad quartũ.16. ¶Si ergo.64.23.a.68.subtraxeris relinquuntur.3.37.q̃ totius differentiæ.16.sexagesimæ fiunt.13.33.quas apponemus similiter in ordine octauo ad numerũ.30. ¶Sin autẽ.56.26.a.68.subtraxerimus remanebunt.11.34.q̃ similiter totius differentiæ.16.sexagesimæ fiũt.43.24.quas apponemus similiter in eodem ordine ad numerũ.60. ¶Sed differẽtias quidẽ quæ colligũtur ꝓpter Lunæ in epiciclo ꝓgressus:hoc modo exponemus.Quæ uero(ꝓpter ipsius epicicli in excẽtrico motum)sic nobis inueniẽtur. ¶Sit.A.B.C.D.excentricus Lunæ circulus circa cẽtrũ.E.& diametrũ.A.E.C.in qua cẽtrũ zodiaci circuli sit.F.ꝓtractaqꝫ.B.F.D.supponatur rursum uterqꝫ angulus.A.F.B.&.C.F.D.talium.60.qualiũ quatuor recti sunt.360.quod accidit/si distãtia/quãdo quidẽ cẽtrũ epicicli fuerit in.B.puncto.60.gra.sit/quãdo uero in.D.gra.120.cõiunctisqꝫ lineis.B.E.&.E.D.deducatur ex.E.pũcto ad lineam.B.F.D.perpendicularis.E.I.quoniã ergo angulus.B.F.A.talium est 120.qualiũ duo recti sunt.360.erit etiã arcus.E.I.taliũ.120.qualiũ est circulus/qui rectãgulo.E.F.I.circũscribitur.360.Arcus uero.F.I.reliquoꝫ ad semicirculũ.60.chorda igitur etiã sua.E.I.qdẽ taliũ erit.103.55.qualiũ est.E.F.rectangulo subtẽsa.120.I.F.aũt.60.earũdem/qualium ergo est.E.F.linea quæ iter cẽtra est.10.19.& linea quæ est a cẽtro excẽtrici.49.49.Taliũ erit.E.I.quidem.8.56.F.I.autem.5.10.earũdem/& quoniam si a quadrato.E.B.lineæ.E.I.lineæ quadratum subtraxeris reddit quadratũ.B.I.erit etiã utraꝫ.B.I.&.I.D.48.53.Quare tota etiã.F.B.linea talium erit 54.3.qualium etiã.F.A.primoꝝ terminoꝝ.60.&.F.C.secũdoꝝ.39.22.& excessus harum.20.38.& reliqua.F.D.43.43.earũdẽ:qm̃ ergo.60.numerus excedit.54.3.qdẽ per.5.57.quæ fiunt totius differẽtiæ.20.38.sexagesimæ.17.18.At uero.43.43.excedit.per.16.17.quæ similiter.20.38.totius differẽtiæ sexagesimæ fiũt.47.21. ¶Apponemus in nono ordine ad.30.lõgitudinis quidẽ maximæ numerum distãtiæ.17.18. ¶Ad numerũ autẽ.120.(hoc est rursus ad numerũ.60.)ponemus.47.21. ¶Propterea ꝙ cũ minima longitudo ad nonagita gradus sit. ¶Sexaginta graduũ distantia/distãtiæ.120.graduũ æquipollet. ¶Eodẽ modo in ceteris quoqꝫ arcubus sexagesimas differẽtiarũ cõputãtes fm expositos tres excessus ꝑ duodecim partes/quæ rursũ fiunt in numeris tabulæ partes sex/propterea ꝙ.180.gradus qui sunt a maximis ad minimas longitudines.90.gradibus tabulæ cõtinẽtur/apposuimus congrue in quo libet demõstratoꝝ numeroꝝ sexagesimas lineis collectas/partiũ autẽ interiacẽtium numeros incremẽto æquali excessus sex partiũ fecimus/nulla enim in tanto excessu differẽtia(de qua curãdũ sit)a numeris ꝑ lineas demõstratis inuenitur/nec in sexagesimis/nec in ipsa diuersitate aspectuum.Tabula autem talis est.



¶Propterea ꝙ quum ad numerum.90.minimæ longitudinis/æquipollea t fm distantiam . Distantia. 60.numero 120.erit equalis.

Tabula diuersitatũ aspectuum

1ª	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª	7ª	8ª	9ª
Nũi cões	Solaris ☉ Diuersitas	Primi Ter☽ Diuersitas	Ter.2ⁱ ☽ Diuersitas	Termini.3ⁱ ☽ Diuersitas	Termini 4ⁱ ☽ Diuersitas	Epicycli Maximę	Longiᶜᵉ. Minimę	Excentrici Sexagesimę
partes	Par. M. 2ª.	Par. M. 2ª.	Par. M. 2ª.	Par. M. 2ª.	Par. M. 2ª.	M. 2ª	M. 2ª	M. 2ª
2	0 0 7	0 1 54	0 0 23	0 3 0	0 0 50	0 14	0 11	0 15
4	0 0 13	0 3 48	0 0 45	0 6 0	0 1 40	0 28	0 22	0 30
6	0 0 19	0 5 41	0 1 7	0 9 0	0 2 30	0 42	0 33	0 45
8	0 0 25	0 7 34	0 1 29	0 11 40	0 3 20	1 22	1 7	1 13
10	0 0 31	0 9 27	0 1 51	0 14 20	0 4 10	2 2	1 41	2 21
12	0 0 37	0 11 19	0 2 12	0 17 0	0 5 0	2 42	2 15	3 9
14	0 0 42	0 13 10	0 2 33	0 19 40	0 5 50	3 35	3 13	4 22
16	0 0 48	0 15 0	0 2 54	0 22 20	0 6 40	4 28	4 11	5 35
18	0 0 53	0 16 49	0 3 15	0 25 0	0 7 30	5 21	5 9	6 48
20	0 0 58	0 18 36	0 3 36	0 27 40	0 8 20	6 39	6 25	8 25
22	0 1 4	0 20 22	0 3 57	0 30 20	0 9 10	7 57	7 41	10 8
24	0 1 9	0 23 6	0 4 18	0 33 0	0 10 0	9 15	8 57	11 39
26	0 1 15	0 24 49	0 4 39	0 35 20	0 10 50	10 50	10 29	13 32
28	0 1 20	0 25 30	0 4 59	0 37 40	0 11 40	12 25	12 30	15 25
30	0 1 25	0 27 9	0 5 18	0 40 0	0 12 30	14 0	13 33	17 18
32	0 1 30	0 28 46	0 5 37	0 42 20	0 13 20	15 52	15 22	19 23
34	0 1 35	0 30 21	0 5 55	0 44 40	0 14 10	17 44	17 11	21 28
36	0 1 40	0 31 54	0 6 13	0 47 0	0 15 0	19 36	19 0	23 33
38	0 1 44	0 33 24	0 6 30	0 49 0	0 15 40	21 36	20 59	25 40
40	0 1 49	0 34 51	0 6 47	0 51 0	0 16 20	23 36	22 58	27 47
42	0 1 54	0 36 14	0 7 4	0 53 0	0 17 0	25 36	24 57	29 54
44	0 1 58	0 37 37	0 7 20	0 55 0	0 17 40	27 40	27 1	32 0
46	0 2 3	0 38 57	0 7 35	0 57 0	0 18 20	29 44	29 5	34 6
48	0 2 8	0 40 14	0 7 49	0 59 0	0 19 0	31 48	31 9	36 12
50	0 2 12	0 41 28	0 8 3	1 0 40	0 19 40	33 52	33 11	38 9
52	0 2 16	0 42 39	0 8 16	1 2 20	0 20 20	35 52	35 19	40 6
54	0 2 20	0 43 45	0 8 29	1 4 0	0 21 0	38 0	37 24	42 3
56	0 2 23	0 44 48	0 8 42	1 5 40	0 21 20	40 0	39 24	43 49
58	0 2 26	0 45 48	0 8 53	1 6 20	0 21 40	42 0	41 24	45 35
60	0 2 29	0 46 46	0 9 3	1 8 0	0 22 0	44 0	43 24	47 21
62	0 2 32	0 47 40	0 9 13	1 9 40	0 22 20	45 50	45 13	48 49
64	0 2 34	0 48 30	0 9 22	1 10 20	0 22 40	47 40	47 2	50 17
66	0 2 36	0 49 15	0 9 31	1 12 0	0 23 0	49 30	48 51	51 45
68	0 2 38	0 49 57	0 9 39	1 13 40	0 23 10	50 56	50 24	52 57
70	0 2 40	0 50 36	0 9 46	1 14 20	0 23 20	52 22	51 57	54 9
72	0 2 42	0 51 11	0 9 53	1 15 0	0 23 30	53 48	53 30	55 41
74	0 2 44	0 51 44	0 9 59	1 15 40	0 23 40	54 57	54 41	56 12
76	0 2 46	0 52 12	0 10 4	1 16 20	0 23 50	56 6	55 52	57 3
78	0 2 47	0 52 34	0 10 8	1 17 0	0 24 0	57 15	57 3	57 54
80	0 2 48	0 53 13	0 10 11	1 17 20	0 24 10	57 57	57 47	58 26
82	0 2 49	0 53 19	0 10 14	1 17 40	0 24 20	58 39	58 31	58 58
84	0 2 50	0 53 21	0 10 16	1 18 0	0 24 30	59 21	59 15	59 30
86	0 2 50	0 53 29	0 10 16	1 18 20	0 24 40	59 34	59 30	59 40
88	0 2 51	0 53 33	0 10 17	1 18 40	0 24 50	59 47	59 45	59 50
90	0 2 51	0 53 34	0 10 17	1 19 0	0 25 0	60 0	60 0	60 0


Sexagesimarum

De diuersitatibus aspectuum discernendis. Cap. XIX.


QVANDO IGITVR uolumus inuenire quantam lunæ (per singulos progressus) diuersitatem aspectus in circulo habet: qui per ipsam & punctum uerticis describitur: considerabimus quot æqualibus horis in proposito climate distat a meridiano: & has quæremus in angulorum eiusdem climatis tabula & appositos horæ gradus in signo in quo luna est in ordine secundo: aut omnes aut horæ parti congruentes: habebimus illos quibus a puncto uerticis luna distat in circulo qui per eam & punctum uerticis describitur: Quibus cum intrantes in tabulam diuersitatis aspectuum queremus eos in primo ordine: & correspondentes eis numeros in ordinibus quatuor/qui post ordinem solarium diuersitatum deinceps sequuntur: hoc est in tertio/quarto/quinto & sexto seorsum singulos conscribemus: deinde capiemus inæqualitatis in illa hora exquisite numerum ad exactam maximam longitudinem aut ipsum (si. 180. excederet) reliquum ad. 360. & huiusmodi numeri graduum medietatem semper in eisdem numeris queremus/sexagesimasq; ipsi correspondentes seorsum in septimo & octauo ordine capiemus: & quotquot sexagesimæ septimi ordinis sunt/totidem a differentia quarti ordinis capiemus/easq; tertii ordinis diuersitati semper addemus/quotquot aũt in octauo ordine inueniunt̃ totidem a differentia sexti ordinis sumemus: & diuersitati quinti ordinis semper rursum addemus: & duarum diuersitatũ ita congregatarum excessum scribemus/demum considerabimus quot gradibus luna a solari gradu uel a diametraliter opposito distat: propinquioris q; distantiæ gradus imprimi ordinis numero inueniemus: & quotquot sexagesimæ. in nono aut ultimo ordine ipsi correspondent/totidem ab excessu duarum diuersitatum iam scripto sumentes quæ fiunt minori semper addemus. hoc est illi quã ex tertio & quarto ordine exactam habuimus/& secundum congregatum hinc numerum aspectus lunaris mutatur in circulo qui maximus per ipsam & uerticis punctum describitur.

Hinc simpliciter solaris quoq; diuersitas in simili situ solarium eclypsium gradus ex gradibus qui in secundo ordine appositi sunt per quãtitatem arcus qui a uertice distat perspicitur. Verum ut etiam diuersitatem quæ tunc fit ad circulum qui ad medium signorum est/tam p̃ longitudinẽ quã per latitudinem discernamus: easdem rursum horas æquales quibus a meridiano luna distat in eadem parte tabulæ angulorum inuenimus: capiemusq; gradus numero horarum appositos ex ordine tertio/si ante meridianum luna inuenitur. Sin uero post meridianum ex ordine q̃rto eosdemq; ipsos conscribemus: si pauciores sint q̃. 90. si uero plures: reliquos ad 180. totidem etiam erit taliumq; angulus minor alter de duob9 angulis qui fiunt in huiusmodi sectione qualium unus rectus est. 90. gradus/ergo istos duplicatos quæremus in tabula chordarum: tum ipsos tum reliquos ad. 180. & quam proportionẽ habet chorda arcus duplicatorum graduum ad chordam reliqui arcus ad semicirculum/hanc proportionem diuersitatis aspectus secundum latitudinẽ habebit ad diuersitatem quæ per longitudinem est/tanti enim circulorum arcus indifferentes a chordis sunt: si ergo multiplicauerimus appositarum chordarum numerum in diuersitatem captam in circulo qui per punctum uerticis describitur: & factum numerum per. 120. seorsum partiemur/habebimus partes congruæ diuersitatis aspectuum eas quæ a partitione factæ sunt: uniuersaliter autem in diuersitatibus aspectus secundum latitudinem quidem: si punctum uerticis in meridiano borealius sit/q̃ pars circuli q̃ per medium signorum est: quæ tunc erit in medio cæli/diuersitas aspectus ad meridiem eius erit. si uero australius/diuersitas aspectus secundum latitudinem ad septẽtrionem erit/in diuersitatibus autem aspectus secundum longitudinem quoniam quantitates angulorum quæ in tabula conscribuntur/illum continent de duobus angulis a sequente portione obliqui utriq; continentis qui ad septentrionem est: quando quidem diuersitas aspectus secũdum latitudinem ad septentrionẽ est/si angulus inuentus maior est recto: erit diuersitas aspectus per longitudinem ad antecessionem. Si uero recto minor/ad successionẽ signorum/quãdo uero diuersitas aspe-


ctus secundum latitudinem ad meridiem est econuerso. si angulus maior est recto ad successionem signorum diuersitas aspectus ſm longitudinem erit: sin autē minor ad anteces sionem. usi autē sumus iis quæ de sole iampridem demonstrauimus quasi sensibilis diuersitas aspectus eius non sit: non quia nesciebamus quanta in his futura esset differentia/ex diuersitate aspectus quam de ipso eramus demonstraturi. ¶ Verum quoniam non ita magnum errorem hinc ad apparentia putauimus accessurum: ut necesse fuerit nonnulla illorum mouere quæ sine hac breui diuersitate præponebantur. Similiter etiam in diuersitatibus aspectuum lunarium satis nobis fuerunt arcus & anguli qui ad circulum qui per medium signorum est fiunt a circulo qui maximus per polos horizontis describitur/loco illorum qui ad obliquum lunæ conspiciuntur: differentia enim quæ penes hanc rem in eclipsibus fit insensibilis est: & expositio illorum omnium multiplex in demonstrationibus & difficilis/in computationibus. Cum singuli lunæ in zodiaco motus distātiæq; a nodo determinatæ non sint/sed tum per magnitudines/tum per situs accipiant uarios multiplicesq; progressus/quod ut facilæ intelligat'. ¶ Sit portio circuli qui per medium signorum est. A.B.G. obliqui uero lunaris. A.D. & supponatur. A. punctum nodus es/se/lunæ quoq; centrum esse in. D. & trahatur ex. D. puncto ad circulum qui per medium signorum est recta. D.B. & sit. E. punctum Polus horizontis: & describantur p ipsum maximi circuli per centrum quidē lunæ portio. E.F.D. per punctum autē. B. portio. E.B. sitque diuersitatis aspectus in luna arcus. D.I. & deducātur a puncto. I. ad lineas. B.D. &. B.F. rectæ. I.T. &. I.C. ut distantia secūdū longitudinē a nodo Vera quidem sit. A.B. apparens autem. A.C. distantia uero a circulo qui per medium signorum est uera quidem sit. B.D. apparens autē. C.I. earum uero diuersitatū quæ ad zodiacum ex. D.I. conspiciuntur secundū longitudinē quidem. T.I. arcui æqualis per latitudinem autem æqualis. D.T. quoniā igitur. D.I. aspectus diuersitas/data arcu. E.D. per ea (quæ exposita sunt) inuenitur: utraq; autē diuersitas. D.T. &. E.I. dato angulo. G.F.E. Nos uero in superioribus arcus & angulos circuli qui per uerticem est ad data zodiaci puncta rectos demonstrauimus: habemus uero hic solū. B. punctum datum in circulo qui per medium signorum est. Patet quia. E.B. arcu abutimur pro arcu. E.D. & angulo. G.B.E. pro angulo. G.F.E. ¶ Id Hipparcus uoluit quidem emendare: sed parum scite præterq; rationem ipsam agressus fuisse uidet'. Nam primum una distantia arcus. A.D. usus est: & non omnibus aut plurib⁹ quod illi facere necesse est/qui minuta diligenter rimari proposuit/deinde insciens ī plura incōuenientia incidit: prædemonstrauerat enim etiam ipse arcus & angulos qui ad circulum per medium signorum perspiciūtur: & ad hæc quia. E.D. arcu dato. D.I. arcus inuenitur. I.D. enim in primo: de diuersitatibus ab eo demonstratis: utitur autem ad habendum arcum. E.D. tū. E.F. tum. E.F.G. angulo quasi datis/sic enim in secundo. F.D. arcum cōputauit: & reliquum. E.D. suppositi/deceptus autē fuit quoniam non animaduertit. B. punctum circuli signorum non. F. datum esse unde fit ut arcus. E.B. non. E.F. datus sit: & angulus. E.B.G. non. E.F.G. sed sepius ad emēdationem aliquā faciendam incitatus fuit. Cum ualde sensibilem arcuum. E.D. ad arcus. E.F. differentiam fieri uideret. Isti nanq; multo magis q̄ illi dati non sunt: ipsius autem arcus. B.E. qui uere datus est ad arcum. E.D. differentia sola magnitudine. B.D. lineæ in singulis a nodo distantiis differt. Verum quomodo emendato rēcte fiat sic ante oculos ponetur. ¶ Sit zodiacus. A.B.G. ipsiq; ad rectos. sit circulus D.B.E. luna uero sit aut in. D. aut in. E. distans secundū latitudinem a circulo signorum. A.B.G. per arcum. B.D. uel. B.E. datum/ut arcus qui sunt a uertice ad. B. zodiaci punctum & anguli dati sint: & solum querantur qui ad. D. uel ad. E. fiunt. si ergo talem hēat zodiacus situm/ut ad rectos angulos sit: illi qui per. F. punctum quod horizontis polus esse supponatur/& per. B. Maxim⁹ describatur circulus ut puta. F.B. concurret iste certe cum arcu. D.E. & sic angulus qui ad. D. &. E. puncta conspicitur indifferens erit ab angulo qui supponitur esse in. B. recti enim etiā per hæc anguli ad zodiacum fiunt: arcu uero. F.B. arcus quidē. F.D. minor erit per arcum. B.D. arcus uero. F.E. maior per. B.E. qui etiam ipsi dati sunt: sinautem. A.B.G. zodiacus



Contra Hipparcum



5	Quæ post istam est ante sagittarii genu		♐ 16 10	Au.	18 30	5		
6	Quæ post istam est borealior q̃ fulgens quæ est in genu		♐ 17 0	Au.	17 10	4		
7	Borealior hac		♐ 16 20	Au.	16 0	4		
8	Adhuc borealior ista		♐ 16 30	Au.	15 10	4		
9	Sequens de duabus præcedentibus istã in boreali arcu		♐ 15 10	Au.	15 20	6		
10	Præcedens de duabus obscuris		♐ 14 40	Au.	14 50	6		
11	Hanc etiam satis præcedens		♐ 11 50	Au.	14 40	5		

		Longitudo G	M	Latitudo	G	M	Mag.	
12	Adhuc istam præcedens	♐ 9	40	Au.	15	50	5	
13	Reliqua & australior q̄ prædicta.	♐ 9	10	Au.	18	30	5	

Magnitu.

Coronæ Australis ✳ 13 — Quartæ 5, Quintæ 6, Sextæ 2

Piscis australis constellatio. 48.

1	Quæ est in ore: est eadem cum principio aquæ	♒ 7	0	Au.	23	0	1	✳ Piscis australis
2	Præcedens de tribus: quæ sunt in australi capitis circūferētia	♒ 0	40	Au.	20	20	4	
3	Media ipsarum	♒ 4	10	Au.	22	15	4	
4	Sequens de tribus	♒ 5	20	Au.	22	30	4	
5	Quæ est ad branchias	♒ 4	20	Au.	16	15	4	Ma.
6	Quæ in dorsali australiq; spina	♓ 25	10	Au.	19	30	5	
7	Sequens de duabus quæ sunt in uentre	♒ 1	10	Au.	15	10	5	
8	Antecedens ipsarum	♓ 28	50	Au.	14	40	4	
9	Sequens de tribus quæ sunt in boreali spina	♓ 25	10	Au.	15	0	4	
10	Media ipsarum	♓ 21	50	Au.	16	30	4	
11	Præcedens de tribus	♓ 21	0	Au.	18	10	4	
12	Quæ in extrema cauda	♓ 20	10	Au.	22	15	4	

Maggnitu.

Piscis Austra. ✳ 12 — Primæ 1, Quartæ 9, Quintæ 2

Informatæ quæ circa piscem australem sunt.

1	Præcedens de tribus splendidis antecedentibus piscem	♓ 8	0	Au.	22	20	3	Mi.
2	Media ipsarum	♓ 11	10	Au.	22	10	3	Mi.
3	Sequens de tribus	♓ 14	0	Au.	21	10	3	Mi.
4	Præcedens hanc & est obscura	♓ 12	0	Au.	20	50	5	
5	Australior de duabus reliquis quæ sunt in septētrione	♓ 13	50	Au.	17	0	4	
6	Borealis ipsarum	♓ 13	50	Au.	14	50	4	

¶ Stellæ sex quarum tertiæ magnitudinis tres/q̄rtæ.2.qntæ una.

Magnitu.

¶ Australis partis ✳ 316 — Primæ 7, Secundæ 18, Tertiæ 63, Quartæ 164, Quintæ 54, Sextæ 9, Nebulo. 1

¶ Sunt autem omnes stellæ tum boreales tum australes. 1022. Quarum

Magnitudinis ✳

¶ Primæ 15, Secūdæ 45, Tertiæ 208, Quartæ 474, Quintæ 217, Sextæ 49, Obscuræ 9, Nebulosæ 5, Et cincinnus

¶ De lactei circuli situ. Cap. II.

SED NON erraticarum quidē stellarū ordo sic nobis expositus sit: nūc autē cōsequenter q̄ de situ lactei circuli dicuntur q̄ maxime possibile sit, & ut singulas obseruauimus partes, conabimur particulares eius apparē tias figurare: quod igitur lacteus hic circulus nō simpliciter circulus. sed zona quedā est quasi colorē tora retinens lactis. Vnde nomē quoq; sibi attributum est, quodq; zona huiusmodi non æqualis & regulata est: sed & latitudine & colore & stellarū frequentia & situ deniq; differens atq; uaria: & q̄ duplex in quibusdā partibus, ipso etiā uisu facile perspicitur: particulariora uero quibus curiosa obseruatione opus est: sic se habere inuenimus: Duplex igitur zonæ pars alteram quidem habet coniunctam usq; ad turribulum: Alteram uero usq; ad auem gallinam. ¶ Et præcedens quidem zona nequaq̄ alteri coppulatur, defectus enim habet in coniunctionib9 tam ad turribulum q̄ ad auē: sequēs autē reliquæ lactei circuli parti cōiūcta est: & unā efficit zonā per quā ꝓpe qui per mediā ipsam ꝓxime maximus describit, circulus pertrāsit: de qua primo uerba faciemus: Ab australissimis partib9 eius incipiētes. ¶ Quæ igit ꝑ pedes cētauri ferunt rariores obscurioresq; sunt: & ea quidē quæ in poplite posterioris dextri pedis est paulo australior est q̄ borealis linea lactis: Sin quæ in genu anteriore sinistro est: & quæ sub posteriore dextro talo. Quæ uero ī posteriore sinistro brachio aspicit ea in medio lacte collocata ē. Sed illa q̄ in eodē talo inuenit: & quæ in anteriore dextro talo utræq; distant ab extremitate australi ad septentrionē duabus proxime partibus: quales maximus circulus habet. 360. Sunt autē partes posteriorꝫ pedū mediocriter densiores: deinde borealis quidē extremitas lactis. 1. 30. ꝓxime gra. Ab illa distat: quæ in feræ lūbis est. Australis aūt eā quidē intercipit: Quæ in cōcauitate turribuli est. De duabus uero contiguis quæ in ipso igne sunt borealem tangit: & similiter australiorē de duabus quæ sunt in basi. ¶ Quæ uero est in boreali ignis parte: & quæ in igne medio collocatur: in ipso lacte utræq; sitæ sunt: & partes rariores magis sunt: deīde borealis pars lactis tres scorpionis spōdiles intercipit qui ad spiculū sunt: & succedētem spiculo nebulosam conuersionē: Meridionalis uero extremitas eam quidem tangit quæ in anteriori dextro talo sagittarii: intercipit autem illam quæ in manu sinistra est. Illa uero quæ in australi sagitrarii parte locatur: extra lac omnino est. ¶ Quæ autē in spiculo sagitte cernitur: ea in medio lactis est. ¶ Quæ autem in boreali parte sagittarii locant in lacte ipsæ quoq; sunt, distatq; utraq; paulo plus parte una ab alterutra lactis extremitate. Australis quidem a meridionali: borealis uero ab opposito. ¶ Sunt autem trium spōdiliū partes mediocriter densæ: partes aūt quæ circa spiculū sunt crebræ nimiū fumosæq; conspiciūtur. ¶ Quæ uero deinceps sequunt mediocriter rariores sunt: & ad aquilā usq; tendunt: eandem ferme seruantes latitudinem. ¶ Quæ in extremitate serpentis caudæ est: quā stellā ophiuchus habet in puro aere collocatus, paulo plus uno gradu a præcedente lactis extremitate distat. De fulgentibus uero quæ sub ipsa sunt, duæ precedente ī ipso lacte sitæ cōperiunt: & australior quidē uno gradu a succedente lactis extremitate distat, borealior uero duob9. ¶ Et succedens quidē de illis quæ sunt in dextro aquilæ humero eandem extremitatem tangit. Precedens aūt intra intercipit, similiter etiā quæ ꝓcedit splendida de illis quæ in ala sinistra sunt. Quæ uero in occipite fulget & duæ quæ ad rectam lineam ipsius sunt extremitatē formæ ipsæ quoq; tangunt: paulū enim a tactu eius absunt. ¶ Post hæc tota sagitta in lacte intercipitur: & quæ in spicu est: una parte ab orientali lactis extremitate: q̄ uero in glyphide est duabus partib9 ab orientali distat. Sunt autem quæ iuxta aquilam conspiciuntur partes mediocriter densiores, reliquæ contra mediocriter rariores. Lac uero deinceps ad auem tendit. & extremitas ipsius: ea quidem quæ est ad occasum & septentrionem terminatur inflexione tum a stella quæ in auis australi humero est: & ea quæ sub ipso in eadem ala locatur. Tum a duobus quæ in australi pede sitæ sunt. ¶ Quæ uero ad ortus & meridiem est a stella (quæ in summitate pectinis australis pedis sita est) terminatur. Intercipitq; duas quæ sub eadem ala extra formationem sunt duobus prope gradibus ab ipsa distātes, hæ partes

In Glyphide sagittæ. i. crena seu basi & cōcauitate ipsius sagittę: loco uidelicet cōcauo: quē neruus siue chorda arcꝰ subigredit.

iuxta alam ſunt:& mediocriter denſiores:quæ autem deinceps ſunt huic zonæ coniunguntur:denſioreſq; ualde ſunt : & quaſi ab alio principio perſpiciuntur; inclinantur enim ad extremas alterius zonæ partes. Sed defectum iuxta illam facientes :ex latere quidem in meridiano zonæ de qua nunc dicimus coniunguntur: quæ ualde rara in ipſa coniunctione eſt:incipiunt autem denſiores eſſe poſt defectũ qui iuxta partẽ alteram eſt a ſplendida ſtella quæ in auis cauda & ab ea quæ in boreali genu nebuloſæ conuerſionis collocat̃:deinde mediocriter flexæ uſq; ad auſtrale genu denſitatem extendunt Paulatim in rarius procedentem uſq; ad cæphei tiarã:diſſeparanturq; ſecundum latus ſeptentrionale tum auſtrali ſtella de tribus: tum ea q̃ tres iſtas ſequitur. Vbi duas etiam eminentias facit:Alteram ad ſeptentrionem & ortum:alteram ad meridiem atq; ortum ſimiliter. Poſtea tota Caſſiopeia(illa excepta quæ in ſumitate pedis eſt).A lacte comprehenditur:& extremitas quidẽ uerſus meridiem terminatur ab ea quæ eſt in capite Caſſiopeiæ:Reliquæ uero quæ iuxta hanc ſunt omnes in lacte collocantur. Et partes quidem quæ ad extremitates ſunt rariores ſunt lactis/quæ uero in ipſa media Caſſiopea in longam crebritatem extendit. ¶ Deinceps aũt dexteræ perſei partes in lacte cõprehenduntˉ:& rurſus latus quidẽ ſeptẽtrionale quod rariſſimũ eſt ſtella q̃ extra dexterũ genu pſei ſola locat̃ terminat/meridionale uero qđ denſiſſimũ eſt tum ſplendida in dextro latere ſita tum duæ ſequentes de tribus quæ a meridie ipſius locantur:continetur autem i ipſo etiã nebuloſa conuerſio quæ in capulo eſt:& ſtellæ quæ in capite & quæ in humero dextro & q̃ in dextera ulna ẽ. ¶ Quadrilatera uero figura quæ in dextero genu & quæ i eadẽ ſura eſt in medio lacte locatur:& ſtella quæ in dextero calcaneo ſita eſt/ipſa quoq; paulo citra meridionale latus locatur:poſt hæc/ Aurigæ zona tenditur fuſionem lactis rationẽ oſtendens/& ſtella quidem in ſiniſtro humero locata quæ uocat̃ capra/& duæ quæ in dextero brachio ſunt parũ abeſt cũ lactis extremitate quæ uerſus ſeptẽtrionẽ ortũq; eſt contingant. ¶ Parua uero quæ eſt ſupra ſiniſtrum pedem in extremitate/hæc latus quod uerſus occaſum atq; meridiem eſt terminat. Quæ uero ſup dexterũ pedẽ eſt medio gradu citra illud latus eſt:cõtigue uero q̃ in ſiniſtro brachio eſt quæq; hedi uocant̃ in media zona ſitæ ſunt:deinceps etiã lac per pedes geminorũ fertur aliquantã crebritatẽ longãq; ſub oſtendens in ipſis ſtellis quæ ſub extremitatibus pedũ collocant̃:& ſequens quidem de tribus quæ ſub pede dextro aurigæ i recta linea ſunt. ¶ Et ſequẽs de duab9 q̃ eſt in orionis collorobo:& de quatuor i extrema manu ipſius locatis:quæ a ſeptentrione ſunt:Præcedentem lactis extremitatẽ terminãt. ¶ Quæ uero i dextera manu aurigæ fulget:& q̃ i extremitate ſequẽtis pedis alteri9 ſuccedẽtiſq; geminoꝝ locat̃ citra ſequẽs latus uno proxime gradu eſt. ¶ Reliquæ in extremitatib9 pedũ locatæ. In medio lacte ſunt/huic zona canẽ & caniculã pꝛtrãſit.& caniculã quidẽ ad ortus totã nõ parũ extra lac diſſeparat:canẽ uero ad occaſum:ipſum quoq; totũ ferme extra exiſtentẽ/ſtella enĩ quæ in dorſo eius ẽ q̃ ſi nebuloſa quedã eminens tangit. ¶ Treſq; deinceps ſequẽtes in collo ipſũ canis parũ deeſt quin tãgat : quæ autẽ ſupra caput canis extra atq; remotius ſola eſt citra orientalem extremitatẽ duabus partibus & media proxime locatur:& eſt hæc effuſio lactis tota mediocriter rarior. ¶ Poſt hæc per argo lac fertur & borealis quidem atq; præcedens de his quæ in puppis clipeolo ſunt extremitatem zonæ occidentalem terminat. Quæ autem in medio clipeolo eſt:& duæ quæ ſub ipſa cõtiguæ ſunt: & quæ in principio foroꝝ uerſus gubernaculum ſplendida eſt:& media de tribus q̃ in carina eſt parum deeſt quin latus idem attingant. ¶ Borealis autẽ de tribus quæ in radice mali eſt abſiden ſiue extremitatem terminat orientalem. ¶ Et ſplendida quidẽ in acroſtolio locata citra idẽ latus per unũ gradum eſt. Quæ uero ſub clipeolo ſequenti ſplendida in foris locatur extra idem latus uno ſimiliter gradu eſt : Auſtralis aũt de duabus quæ in medio malo fulgẽt:idem latus attingit. Duæ uero ſplẽdidæ in eadem ſectiõe carinæ locatæ citra extremitatem pcedentẽ duobus proxime gradibus ſunt:hinc iam zonæ quæ per pedes cẽtauri tranſit lac copulat̃:eſt autem & hæc effuſio lactis p Argo medio criter tenuis/magis enĩ iuxta clipeolũ radicẽq; mali & iuxta ſectionẽ carinæ denſatur/ pdicta uero zona defectu facto ad copulatam in thuribulo ut diximus/indeq; incipiens tres quidẽ ſpondiles a ſcorpionis corpore in-

In collorobo hoc eſt in extremitate ac faſtigio clauæ,quã dextra geſtat orion.

Hunc.n. ſtella q̃dã in dorſo eiꝰ eminẽs ueluti nebula occupat,

In acroſtolio locata hoc eſt in eminẽtia ſeu extremitate puppis

tercepit: de tribus autē quæ sunt in corpore eam quæ sequitur extra extremitatē / occidentalem uero uno gradu relinquit: Quæ autem in quarto locatur spondili: in aere puro inter duas zonas reperitur: æqualiter proxime distans ab utraq; paulo q; plus parte una: deinceps zona præcedens ad ortum seipsam uertit arcui circuli similis: & præcedens quidem lactis latus per stellam quæ in dextro genu ophiuchi est terminatur: sequens autem per stellam quæ in tibia eiusdem præcedens etiam de illis quæ ī extremitate pedis eiusdē sunt: idem latus attingit: & deinceps occidentalem quidē extremitatem stella quæ sub ophiuchi ulna locatur terminant: orientalem uero p/cedens de duabus in eiusdem manus extremitate locatis. Hinc aer purus defectum occupat lactis in quo duæ quæ sunt in cauda serpentis post illam quæ in sumitate ipsius est collocantur: pars autem huius zonæ tortuosa & tenuis omnino effusiōis & quasi aereæ est / præterq; ubi tres intercipiuntur spondiles. Hæc enim pars medio/criter condensatur: deinde post defectum aliud rursus principium lac efficit a quatuor stellis quæ dexterum ophiuchi humerum sequuntur: Extremitatem quidem huius zonæ orientalem stella fulgens ipsam attingens sola iuxta caudam aquilæ locata terminat: oppositum uero remotior prædictarum quatuor quæ ad septentrionem est hinc iam ipsa zona quamuis & rarior est & in angustum in præcedentibus partibus: quæ in rostro auis sunt / contrahitur / ita ut deficere uideatur: reliqua tamen eius pars a rostro ad pectus auis: & latior est & densior satis: & stella quæ in collo ipsius auis locatur in media crebritate sita est: Pars tamen quædam rara ad septētrionē paululum declinat: & pars earum / quæ a pectore sunt usq; ad stellam quæ in humero alæ dextræ locatur. & pars contiguarum similiter quæ in extremitate pedis dexteri sunt unde (ut diximus purus ad alteram zonam a dictis auis ipsius stellæ defe/fectus fit / usq; ad splendidam / quæ in cauda est.

¶ Pars autē zonæ huius tortuosa & tenuis omnino effusionis & quasi aerea est: seorsū hæc tria spondilia intercipientis: hæc enim pars sensim subdensatur.

¶ Vnde (ut diximus) purus defectus fiue clara sectio fit ad alterā zonam a prædictis stellis eiusdē auis: usq; ad lucidā quæ in cauda ipsius est.

¶ De sphæra solida fabricanda. Cap. 3.

SERVM quæ a lacteo circulo apparent huiusmodi situm habent: ut autem etiam spheræ solidam effigiem consequenter appositeq; faciam9: ad rationes (quæ de sphæra non erraticarum stellarum expositæ sunt) Quibus ipsa quoq; (uelut erraticarum orbes) inuenta est: a motu primo ab ortu ad occasum in polis ipsius æquinoctialis circunduci regreditur tamen etiā in contrarium in zodiaci circuli polis / hoc pacto structuram & uiam constellationis suæ faciemus. ¶ Colorem huius sphære grossiorem: ut ita dicam / adhibebimus: ut non diei sed noctis aeri magis in quo stellæ cernuntur similis sit. Capiemusq; in ipsa duo puncta q̄ exquisite per diametrum opposita / quibus polis maximum circulum describemus / qui semper in superficie circuli per medium signorum futurus ē & huic ad rectos angulos alterum circulum per polos istius a cuius sectione alte//ra duarum quæ per primum fiunt incipientes partiemur circulum qui per medium signorum est in partes. 360. numeros in ipso ascribentes graduum per quotcūq; utile uidebit: ¶ Deinde duos quadrilateros superficiebus circulos & exacte undique tornatos & ex materia solida ducibiliq; factos / minorem quidem a quo sphæra ipsa tangitur per totam superficiem concauam: Paulo autem maiorem per mediam conuexā superficiē signabimus lineas protrahentes / quib9 latitudines eor; exacte diuidant: & per has lineas alia altera / q̄ ab istis terminant ad medietatē circūferētiar; incidētes semicirculos in ipsis incisionib9. In. 180. partes diuidem9. ¶ His ita factis minorē q̄dē circulor; illū semp futur; supponētes q; p utriusq; polos ē æqnoctial' dicoatq; zodiaci: & pterea p pūcta solstitialia in dictæ icisiōis superficie pforabim9 diametral'r ī medio iuxta extremitates incisiōis paxillisq; ad captos in sphæra circuli p mediū polos ita firmabim9: ut p totā superficiē sphæricā facile possint circūduci / uerū ut p manēs q̄dē initiū cōstellationis fixarū capiamus: nō enī cōmodū est in ipso huius sphære zodiaco solstitialia & æquinoctialia pūcta signare / cū stellar; distātiæ collocādar; nō eedē ad ipas seruent'. ¶ Fulgētissimā oium ipsar; (eā dico q̄ ī ore canis est) in circulo q; ad rectos in zodiaco angulos describitur signabimus in parte quæ initiū diuisionis fecit / graduq; ascribem9 / quib9 secūdū latitudinē a circulo per me/

¶ Quib' apparuit ipsam quoq; (ueluti erraticarū stellarū orbes) a primo quidē motu: ab ortu in occasum sup polis ipsius æquatoris circūferri regredi; tamē etiā in contrariū sup zodiaci circuli polis & p media signoz;

¶ Fixa i ore canis primæ maiestatis ē oium stellar; fulgētissima inquit Ptolemæus.

dium distat uersus australē polum/deinde in singulis quoq; aliarum consequenter per traductionē circuli circa polos zodiaci qui per incisionem diuisus ē idipsum assignabimus/Ac ducentes enim semper superficiem incisi lateris eius ad punctum circuli qui per medium est/quod totidem distat gradibus a principio numerorum in gradu Canis constituto/quot stella quā scribere uoluimus secūdū longitudinem distat a cane/peruenientesq; ad punctum educti diuisiq; lateris quod rursus totidem a circulo qui per mediū est gradib9 distat quot etiā stella in hac conscriptione accommodatius uel ad borealem uel ad australem polum zodiaci distat/locum stellæ in ipso assignabimus citrinū deinceps aut distinctum alium colorem commode atq; cōsequenter ad magnitudines singularum adhibentes/figuras tamen singularum formationū:in singulis sideribus q̄ maxime simplices faciemus/solis lineis stellas comprehendentes:quæ in eadem figura sunt:iisq; non multum ab uniuersali sphæræ colore differentibus. Ne autem utilitas signationis ipsarum relinquatur/aut colorę magna uarietas effigiet/aut uarietatum similitudinem destruat:fiet autem nobis & intellectu & memoratu facilis comparatio speculationis fixarum:si assuescimus nudam cogitationem siderum in spherica effigie adhibere:inscribentes autem etiam lactei circuli situm locis atq; figuris ut prædixim9. ¶ Præterea crebritate raritateq; appositā maiorem etiam circulum semperq; pro meridiano futurū/ minori(a quo sphæra continetur)accomodabimus:in polis qui iidem(cum/æquinoctialis ipsius) poli fiunt. Hæc enim puncta in maiore quidem atq; meridiano/in terminis rursum incisi diuisiq; lateris & super terram futuri diametraliter:ut poli:firmanda sunt:i minore uero qui per polos utriusq; est in terminis diametralibus arcuū ab utroq; zodiaci polo distantiū gradus declinationis.23.51.in paruis sectionibus circulorum immissis paxillis sub foramina imissorum polorum sunt/maioris igitur circuli latus incisum quod semper idem uidelicet fiet cum meridiano qui per solstitialia puncta est ad illud semper punctum diuisionis zodiaci constituemus:quod totidem a principio Canis gradibus distat. Quot etiam canis in tempore præpositō ab estiuali solstitio distat: ut ī principio regni Antonini ad successionem gradibus.12.20. ¶ Meridianum autē rectum ad horizontā:qui in basi & adaptabimus æqualiter ab apparente ipsius superficie diuisum ita quod possit in sua superficie circūduci.ut eleuare semp possimus borealem polum ab orizonte per meridiani diuisionem cōgruētibus ppositō climati arcubus/nihil autem minus factū uidebitur qm̄ non potuimus in eadē sphæra æquinoctialē & tropicos coaptare. Nam cū meridiani latus diuidatur: Punctū quidē quod inter polos ipsius æquinoctialis est & gradib9.90.unius quartæ distat ab utroq; eandem habebit uim cū æquinoctialibus/pūcta uero quæ ex utraq; huius parte.23.51.gradibus distant:cum utriusq; tropicorum punctis:quod ad septētrionem quidem est estiui:quod uero ad meridiē brumali tropici puncto:& sic per primū motū ab ortu ad occasum circūductis stellis quas quærimus ad latus meridiani diuisimus:per eandem rursus diuisionem distantiæ ipsarum ad æquinoctialem aut ad tropicos sicut in polis ipsius æquinoctialis haberi possunt.

¶ De propriis erraticarum aspectibus. Cap.IIII.

QVONIAM propria constellationis fixarum descriptio sub oculis posita est/relinquitur iam de aspectibus ipsarum conscribere: horum igitur (exceptis illis qui inter se fiunt atq; stabiles habent sicut quando in recta linea uel in aspectu triangulari Aliisq; huiusmodi) quidam ad solos planetas:& solem & lunam aut zodiaci partes conspiciuntur/quidam ad terram tantummodo:quidam ad terram simul & ad erraticas stellas & solem & lunā: uel partes zodiaci. ¶ Aspectus ergo non erraticarū ad erraticas solum & partes zodiaci facti cōuenienter quidē capiunt̄/quādo uel in uno eodemq; circulo tum erraticæ tum nō erraticæ sunt de illis circulis qui per polos zodiaci describuntur uel in diuersis q̄dem circulis.sed triangulares autem aut sextiles distantias facientibus: hoc est recti angulum continētibus: aut tertia parte unius recti maiorem minorēue q̄ rectū/ proprie autem sub quibus trāsire planetarum aliquis potest: illæ sunt quæ in zo-

diaco motus planetarum ſecũdum latitudinem continente/ſitæ ſunt ad q inq; qui dem erraticas ſecũdum apparentes ipſarum cõiunctiones aut abiectiones: ad ſolem uero atq; lunam ſecundũ occultationes coniunctionis & ortus ſuccedentes/occulta tionem uero uocamus cum ſtella ſub radiis luminarium facta non cernitur. Coniun ctionem autem quando ſub centro ipſius obiicitur. ¶ Ortum uero ſuccedentiũ cũ iam extra radios facta incipit apparere. Aſpectus autem fixarum ad terrã tantum qua tuor ſunt: & cõmuniter a nõnullis anguli appellantur/proprie autem oriens/mediũ cœli ſuper terrã. Occidẽs/& mediũ cœli ſub terra. ¶ Vbicũq; igitur æquinoctialis aduerticem eſt: ibi omnes fixæ & oriuntur & occidunt: & ſemel in ſingulis uolutio/nibus tam ſuper terrã q̃ ſub terra in medio cœli cõperiunt. ¶ Nam cũ æquinoctia/lis ipſius poli huiuſmodi horizontem tangant. Nullum paralellorum circulorum aut apparentem ſemper/aut nunq̃ apparentẽ efficiunt: ubicũq; autem ipſi poli i uer tice ſunt: nulla fixarũ ibi occidit nullaq; oritur: æquinoctialis enĩ ipſe orizontis tũc ſitum accipit: & alterum ſemper ſemiſphæriorũ ab ipſo factor̃ ſuper terram ſub ter ra circũducit: ut bis ſtellarũ ſingulæ in una uolutiõe in medio cœli: aliæ ſuper terrã/ aliæ ſub terra cõperiant: in aliis uero declinationibus quæ inter has ſunt: cũ nõnulli circuli aut ſemp aut nunq̃ cernant: Quæ ab illis iuxta polos ſitercipiunt: nec oriũt nec occidunt. Sed bis in unaquaq; reuolutionæ ad mediũ cœli ꝓueniunt. Sup terrã quidem quæ in apparenti ſemp/ſub terra uero quæ nunq̃ apparenti circulo ſunt: re liquæ aũt quæ in maioribus pararellis ſitæ ſunt. Et oriuntur & occidunr: & ſemel in ſingulis uolutionibus ſuper terram: ſemel ſub terra in medio cœli cõperiunt. ¶ In his igitur tempus quod eſt ab aliquo angulorum ad eundem idem ubiq; eſt: unam enim uolutionẽ ad ſenſum continet/tempus uero quod ab aliquo angulo ad angu lũ diametraliter oppoſitũ/ſi ad meridianũ quidẽ ꝓſpicit: idẽ ubiq; ſiĩr eſt/medietatẽ enĩ unius habet uolutionis. ¶ Sin autẽ ab horizonte/ſiquidẽ æquinoctionaĩ ſupra uertteẽ eſt/idẽ rurſus efficit. Medietatẽ enĩ uolutionis ſiĩr continet. Paralleliq; oẽs/ tũc nõ ſolũ a meridiano uerũetiã ab horizonte in duo æqualia diuidũt: in aliis aũtẽ declinationib9: nec tẽpus ſemicirculi ſup terrã eſt illi quod ſub terra: niũ ſolũ in ipo æquinoctiali: qui ſolus etiã in ſphæra decliui in duo æq̃lia ſecat ab horizõte/cæteri oẽs ĩ diſſimiles atq; inæq̃les arcus ſecãt. ¶ His ꝓſequẽter tp̃s etiã ab ortu uel occaſu ad mediũ uſq; cœli æq̃le tẽpori eſt illi qđ ab eodẽ medio cœlo ad ortũ uel occaſum eſt. Propterea quod meridianus portiones paralleloꝝ q̃ ſup terrã uel ſub terra ſunt æqualiter diuidit. ¶ Ab ortu autẽ uel occaſu ad utrãq; medii cœli partẽ tẽpus in de/cliui qdẽ ſphæra in æquale: In recta uero æquale eſt/ꝓpterea q ꝓ portiones integræ q̃ ſup terrã ſũt his quæ ſub terra æquales hic ſolũ ſunt. Vnde in recta qdẽ ſphæra quæ ſimul in medio cœlo ſunt ſimul etiã oriunt atq; occidunt/donec fiat ꝓgreſſus ipaꝝ in polis zodiaci ſenſibilis/in decliui aũt quæ ſimul in medio cœlo ſunt/ Nec ſimul oriunt/Nec ſimul occidũt. Sed auſtraliores ſemp poſterius q̃ borealiores oriuntur. & prius occidunt. ¶ Aſpectus aũt fixarũ qui ſimul ad terrã & ad planetas aut partes zodiaci cõſpiciunt. Cõmuniter quidẽ uel cooriendo capiuntur. Vel quoniã ſimul in medio cœli ſunt uel qm̃ ſimul occidunt aut cum aliqua erraticarũ/aut cũ aliqua zodiaci parte/proprie uero aſpectus ipſarũ ad ſolẽ nouẽ modis percipiunt.

¶ PRIMVS eſt q matutinus ſubſolaris uocat: qñ ſtella in oriẽtali horizõte una cũ ſole inuenit: huius alius quidẽ orientalis non apparens & ſuccedens ortus uocat. Quãdo ſtella in occultatiõis pricipio poſt ſolẽ cõfeſtim orit. Alius oriẽtalis ueruſq; coortus: qñ ſtella ſimul cũ ſole in orientali orizonte eadẽ in parte inuenitur. Alius orientalis ꝑcedens ortus atq; apparẽs qñ ſtella incipiens apparere ante ſolem oritur. ¶ SECVNDVS aſpectus eſt qui uocat matutina media cœli locatio/qñ ſtella (ſo/le in orientali horizonte locato) in meridiano uel ſub terra uel ſuper terrã inuenit huius etiã alius ſuccedens in medio cœli orientaliſq; locatio & non apparens uoca tur. Quando poſt ſolis ortum illico ſtella in medio cœli reperit. Alius orientalis in medio cœlo ueraq; locatio quando ſimul cũ oriente ſole ſtella quoq; in medio cœ li eſt. Alius orientalis præcedens in medio cœli locatio: Quando ſtella prius in me/dio cœli fuerit & ſtatim ſol ortus ſit. Hic ſuper terram factus aſpicitur.

Aſpectus ad ☉ proprii .9. ſunt.



3⁹ ¶TERTIVS est q uocatur matutinus occasus:Quãdo sol quidẽ in orientali horizonte/stella uero in occidentali reperitur:huius etiam alius orientalis succedens occasus & non apparẽs uocat᷑:quando sole oriente illico stella occidit.Alius orientalis cooccasus atq; uerus:quando simul cum oriente sole stella occidit/alius orientalis præcedens occasus atq; apparens:quãdo post occasum stellæ confestim sol orit᷑.

4⁹ ¶QVARTVS meridionalis sub solaris nominat᷑:quando sol quidẽ in meridiano est/stella uero in orientali horizonte/huius similiter alius diurnus & non apparens est.Quando sole in medio cæli super terram locato stella oritur.Alius nocturnus atq; apparens:Quũ(sole in medio cœli sub terra locato)stella oritur.

5⁹ ¶QVINTVS est qui appellatur meridiana in medio cæli locatio/quando simul tam sol q̃ stella in meridiano sunt/huius duo sunt diurni & non apparentes:Quando sole ī medio cæli super terram locato/stella aut cum eo una super terram est/aut contra diametraliter sub terra opponitur.Duo autem nocturni fiunt & horum alter quidem non apparens quando stella sub terra simul cum sole in imo cæli est.Alter uero apparens quando super terram locata soli diametraliter opponitur.


6⁹ ¶SEXTVS est qui uocatur meridianus occasus:quando sole in meridiano locato stella in occidentali horizonte inuenitur:huius etiam alius diurnus & non apparens est quando(sole super terram in medio cæli locato)stella occidit.Alius nocturnus atq; apparens quando sole sub terra in medio cæli locato stella occidit.

7⁹ ¶SEPTIMVS est qui uocatur serotinus subsolaris quando sole in occidẽtali horizonte locato/stella in horizonte orientali reperitur.Huius alius uespertinus:succedens ortus atq; apparens uocatur:Quando statim post occasum solis stella oritur:Alius uespertinus coortus atq; uerus quãdo simul & sol occidit & stella oritur.Ali⁹ uespertinus præcedens ortus neq; apparens qñ statim post ortũ stellæ sol occidit.

8⁹ ¶OCTAVVS est qui serotina in medio cœli locatio nominatur:Quando sole in occidentali horizonte locato stella in meridiano aut super terram aut sub terra est/huius alius uespertinus in medio cœli locatio atq; apparens dicitur:Quando statim post occasum solis stella in medio cœli reperitur:Alius uespertina in medio cœli locatio ueraq; nominatur quando simul & sol occidit ex stella medium cœli occupat:alius uespertina præcedens in medio cœli locatio neq; apparens uocatur quando statim postq̃ stella in medio cœli peruenit:sol occidit.


9. ¶NONVS est:qui uocatur serotinus occasus:quando stella una cum sole in horizonte occidentali est:huius alius uespertinus succedens apparensq; occasus dicitur/Quãdo stella incipiens occultari post solem statim ipsa quoq; occidit.Alius occasus uespertinus ac uerus:Qñ stella simul eodẽq; tempore cũ sole occidit.Alius p̃cedens occasus neq; apparens uocat᷑:Quãdo stella apparere incipiens ante solẽ occidit.

¶De coortibus & in medio cœli locationibus cooccasibusq; fixarũ. Cap.V.




HAEC CVM ITA se habeant uerorũ quidem ad centrumq; solis conspectorum coortuum locationumq; in medio cœli & occasuum tempora facile per solas lineas a situ ipsius constellationis inueniuntur:propterea q̃ puncta circuli qui per medium signorum;est quibus singulæ fixarum cooriuntur & cooccidunt:& in medio cœli simul locantur per lineas in sequentibus theorematibus demonstrantur. ¶Sit enim primum gratia collocationũ in medio cœli circulus.A.B.G.D.q per polos utriusq; æquinoctialis dico atq; zodiaci transit:& æquinoctialis quidem semicirculus sit.A.E.G.in polo.F. zodiaci uero.B.E.D.ī polo.I.descriptus & per polos zodiaci.I.T.C.L.maximi circuli portio describat᷑ ī quo.T.punctũ p̃ stella nõ erratica(quã q̃rimus)supponat᷑ ad circulos eni ita descriptos situs ipsaꝝ & obseruauim⁹& cõscripsimus. ¶Describat᷑ aũt ẽt p æqnoctiaľ circuli polos:& p̃.T.stellã.M.N.maximi circuli portio q̃ igit᷑.T.stella fiľ cũ.M.&.N.æqnoctiaľ & zodiaci pũcti ī mediũ cœli pueniet p̃spicuũ est/qđ aũt hæc dant᷑ adhuc arcus.T.N.hoc modo patebit/nã qm̃ p̃ ea q̃ ī principio p̃positiõis demõstrata sũt ī duos maximoꝝ circuloꝝ arc⁹.A.I.&.A.N.p̃tracti sũt maximoꝝ circuloꝝ

arc9. I. L. &. N. F. proportio chordæ dupli arcus. A. I. ad chordã dupli. A. F. cõpoſita eſt ex proportionibus chordarum dupli arcus. I. L. ad dupli arcus. L. T. & dupli arcus. T. N. ad dupli. F. N. Sed arcus. A. F. &. F. N. &. I. C. quartæ partis eſſe ſupponuntur; & a conſcriptione ipſius ſtellæ. C. T. quoq; latitudinis arcus: &. C. B. longitudinis datur & per demonſtratam circuli per mediam declinationem dantur arcus. F. I. &. C. L. patet ergo datos eſſe arcus. I. A. &. A. F. &. I. L. &. L. T. &. N. F. ergo reliquus. N. T. propter hæc dabit'. ¶ Rurſus quoniam proportio chordæ dupli arcus F. I. ad chordã dupli arcus. I. A. cõpoſita eſt ex proportionibus chordarũ dupli arcus F. T. ad dupli. T. N. & dupli. N. L. ad dupli. L. A. ſunt aũt etiã de arcubus q̃ quærũtur (per ea q̃ dicta ſunt) dati arcus. F. I. &. I. A. &. F. T. &. T. N. p̃ coortus etiã æquinoctialis in recta ſphæra atq; zodiaci ex arcu. C. B. arcus. L. A. iõ dabit'. M. B. arcus zodiaci cooriẽtia etiã atq; cooccidẽtia ſimĩ cũ fixis æquinoctialis zodiaci quæ puncta per collationes ĩ medio cæli facile hoc modo capiunt'. ¶ Sit enĩ. A. B. G. D. Meridianꝰ circulus æqnoctialiſq; ſemicirculus: Sit. A. E. C. in polo. F. Horizontis aũt ſemicirculus: ſit. B. E. D. oriat' q; ſtella p̃. I. horizõtis punctũ & deſcribat'. F. I. T. Maximi circuli quarta pars p̃ puncta. F. I. qĩ igit' rurſus. F. T. &. E. B. arcus in duos maximos circulos arcus. A. F. &. A. E. protracti ſunt/erit proportio chordæ dupli arcus. F. B. ad dupli. B. A. cõpoſita ex ꝓportionibꝰ chordarũ dupli arcus. F. I. ad dupli arcus. I. T. & dupli. T. E. ad dupli. A. E. ſed de arcubus qui q̃runt' arcus. F. A. &. F. T. &. E. A. q̃rtæ p̃tis ſunt/dat' etiã per eleuationẽ quidẽ polos arcus. F. B. p̃ mediũ autẽ cæli tũ. T. punctũ æqnoctialis tũ. T. I. arcus/ergo dabit' etiã reliquus arcus. T. E. facile autẽ intellectu eſt/quia etiã in occidendo ſi ad p̃cedentia. T. puncti æqualẽ. E. T. arcui. T. C. arcũ cæperimus ſtella. I. ſimul cũ. C. puncto æquinoctialis occidet; ꝓpterea q̃ tũc ipſe occaſus æqualiter arcui. B. I. fiet/æqualẽ aũt rurſus angulũ ad meridiani præcedentia intercipi angulo illi qui in hac figura. A. B. A. F. &. F. T. ad ſuccedentia continetur manifeſtũ eſt hinc etiã a prædemonſtratis in ſingulis climatibus coorientibꝰ atq; cooccidẽtibꝰ zodiaci ac æquinoctialis: tũ pars zodiaci dabit' quæ ſimul cũ. E. puncto æquinoctialis/& cũ ipſa ſtella coorit'/tum pars q̃ ſimul cum. C. & ipſa ſtella occidit. Patet igitur q̃ quibus in tẽporibus in illis zodiaci punctis per uerũ ſui motũ ſol inuenitur In iis etiã ortus & medii cæli locationes & occaſus fixarũ ſimul cũ eo facti & ad cẽtrum eius relati/ac ueræ coangulationes uocatæ fient.




¶ De apparitionibus & occultationibus fixarum. Cap. VI.


VIA TAMEN expoſita ratioq; a ſolo ſitu ipſarũ per lineas capta in apparẽtibus uel occultationibus non inuenitur ſufficiens. Nõ enim uerbĩ gratia ſicut coorin ſtella cuidã zodiaci pũcto demonſtrat' quãto etiã ſolle arcu ab orizonte ſub terra diſtãte primo apparebit aut occultabit'/poſſibile ẽ p̃ ipſas ſimilesue ĩueniri/cũ neq; in oĩbus neq; in eiſdẽ ubiq; hic arcus poſſit æqualis eſſe/Maior enĩ minorue fit: tũ ꝓpter ſtellarũ magnitudines: tũ ꝓpter latitudinis a ſolæ diſtãtias: tũ ꝓpter diuerſitatẽ declinationũ zodiaci. ¶ Nam ſi. A. B. G. D. meridianũ circulũ eẽ ſuppoſuerimꝰ: et. A. E. G. zodiaci ſemicirculũ/horizõtis uero. B E. D. & eiꝰ polũ. I. patet qa de ſtellis q̃ cũ. E. zodiaci pũcto ſil' oriunt': ſi maior primo apparere ĩcipiat/ſole/ Verbi gr̃a/ſub terra p̃. E. F. arcũ diſtãte minor etiã ſi æqualiter ſecũdũ latitudinẽ a ſole diſtet/primo apparebit p̃ maiorẽ arcũ ipſo diſtãte q̃ ſit arcꝰ E. F. & lucẽ minorẽ efficiente: & rurſus in ſtellis quæ ſunt æqualis magnitudinis: ſi ea quæ propinqua. E. puncto ſecundũ latitudinem eſt/ex diſtantia. E. F. primo apparebit/ quæ (magis q̃ ipſa diſtat. A. minore) apparebit: propterea q̃ in eadem ſolis ſub terra diſtantia: lux quæ apud ipſum zodiacum ſolemq; fit maiorem q̃ quæ remotius fit in magnitudine ſimiliter æqualibus & per æqualem latitudinis diſtantiam orientibus/quanto magis ad orizontem zodiacus declinetur: &. D. E. F. angulum minorem faciat tanto magis a minore diſtantia q̃ fit. E. F. ſtella primo apparebit: nam ſi adaptabimus: Vt in ſequenti deinceps figura per polos horizontis & ſolẽ ſemicirculum qui per. F. eſt ſemicirculũ uidelicet. I. T. F. E. diſtãtia qdem




solis sub terra ī eisdem stellis æqualis semper. F. T. arcui permanebit: propterea ꝙ in distantia quidem solis sub terra in eisdem stellis æqualis semper. F. T. arcui permanebit/propterea quia in distantia hoc modo æquali lux quoq; super terram similis erit/Arcus uero. E. F. permanet: ut diximus arcu. T. F. minor erit in zodiaco rectiore: & maior in decliuiore/obseruationibus ergo in una quaq; stellarum ad habendā solis sub terra in zodiaco distantiam opus est. ꝙ si neque distantia quæ ad horizontem per rectos angulos est sicut. F. T. in subiecta figura: eadem per omnes regiones in eisdem stellis permaneat: propterea ꝙ non similiter in grossiore borealioris climatis aere solis radii luceant. Non unius solummodo climatis/sed singulorum obseruationibus opus erit: sin uero in eisdem stellis arcus similis arcui. F. T. idem ubiq; seruatur: ut certe continenter est: sicut enim radii solares ad diuersitatem aeris disponuntur: sic stellas quoq; disponi necesse est. Sufficient nobis distantiæ in uno solummodo climate obseruatæ ad considerandas lineas ceteras/siue per regiones/siue per progressum fixarum sphæræ ad successionem partium eiusdem demonstrata declinatio circuli per medium permutetur. ¶ Detur enim in subiecta figura distantia. E. F. per obseruationem ī quouis climate: quoniam igitur in duos maximorum circulorū arc9. I. B. &. I. F. arcus. B. T. &. F. A. ꝓducti sūt: erit ꝓportio chordę dupli arcu. A. B. ad chordā dupli. B. T. ꝓposita exꝓportiōib9 chordaꝝ dupli arcus. A. E. ad dupli. E. F. & dupli. F. T. ad dupli. T. I. sunt aūt de arcubus qui quæruntur. B. I. &. T. I. quartæ partis uterq;. Cum uero. E. pūctum supponatur quo cum simul stella oritur &. A. medii cœli punctum per ascensionum tabulas datur: Datus erit etiam arcus. A. E. & arcus. E. F. per obseruationem. Arcus autem. A. I. colligitur daturq; partim ex distantia æquinoctialis circuli a puncto. A. Quæ distantia per tabulam obliquationis inuenitur. Partim a distantia æquinoctialis a puncto uerticis in eodem meridiano quæ tanta est quanta poli eleuatio est/erit ergo reliquus etiam. F. T. datus/quo inuento eodemq; ubiq; permanente per ipsum magnitudines arcus. E. F. in aliis declinationibus factas ab eisdem proiciem9. ¶ Rursus enim proportio chordæ dupli arcus. I. B. ad chordam dupli arcus. A. B. componetur ex proportionibus chordarum dupli arcus. I. T. ad eam quæ est dupli. F. T. & eius quæ est. F. E. ad eam quæ est dupli. E. A. ¶ De arcubus autem qui queruntur. F. T. modo supponitur. E. uero pūctum quod simul cum stella oritur in proposito climate per præmissa datum est: & quoniam similiter arcus etiam. E. A. &. B. A. dati sunt: reliquus etiam. E. F. zodiaci arcus datus ē. ¶ Hic quoq; modus inuestigandi & in occultationibus etiā occasuū nobis sufficiet: solum ferme in eadem figura situ zodiaci in parte altera descripto secūdum ꝙ declinatio exigit: quoniam. B. D. arcus occidentalis esse supponitur. Sed ne locus iste omnino neglectus uideretur/sufficere putamus quæ dicta sunt ad demonstrandum huiusmodi speculationem. Nam cum genus huiusmodi prædictionis uarium multiplexq; inueniatur non solum penes regionum diuersitates & zodiaci declinationes pene innumeras/Verumetiam penes stellarum multitudinem/Cumq; præterea in ipsis etiam apparitionibus stellarum intellectu difficile & tum propter cementes: tum propter aerem locorum inæquale atq; incertum primæ apparitionis atq; occultationis tēpus fiat: ut a nobis periculo & obseruationum diuersitate compertum est/& ad hæc quoniam propter fixarum sphæræ progressum in permanere quidem in singulis climatibus coortus locationesq; simul in medio cœli atq; occasus possunt iidem cum his qui modo numerorum demonstrationibus excogitarentur: Recusauimus in præsentiarum longum huiusmodi atq; inutile negocium: sufficere putantes ꝙ uel ab his quæ in superioribus conscripta sunt/uel ab ipsa sphæræ conscriptione propinque quotidie possent inueniri: nam etiam ab apparitionibus occultationibusue secundum conditionem aeris factas mutationes uidemus: si cui placet non zodiaci locis: sed ipsis causam attribuere ac proximum semper non autem ordinatum & in commutabile conseruare. Quas uniuersalius ipsa quoq; causa se habeat. Nec sic certa ex primis apparitionum uel occultationum temporibus fit: ut ex solaribus aspectibus uniuersaliter captis & lunæ in ipsis ex parte declinationibus.



Idem quoq; modus in eoꝝ casuum occultationibus inuestigandis sufficiet nobis.



Vt a nobis quidē periculo & ipsa fane experientia in huiusce modi diuersis obseruationibus recte admodū est deprehensum.



Vt ex uniuersalib⁹ ad solē cōfigurationib⁹ secundū oēs differētias & ex ipsis lunæ declinationib⁹ particulariter sumptis.

LIBER NONVS MAGNAE CONSTRVCTIONIS PTOLAEMEI.

¶ De ordine globoꝝ Solis Lunæ/Cæterarumq; ſtellarum Erraticarum. Caꝑ.I.

AERVM quæ de fixis ſummatim(quantū ab apparẽtibuſ atq; ad hūc diẽ cognitis intelligẽdū iuuamur) dici poſſiūt/hæc ferme ſūt. Cū aūt ad cõpoſitionẽ iſtam qnq; planetarū negociū reflet/quantū fieri põt ſingulas ſpeculationes ipſoꝝ coniūgemus. Nam ne ſepius eadem repetant cõmuniter prius de ipſis dicemus. ¶ Primū igit de ſphærarū ipſarū ordine/quæ ſimiliter ſitū habẽt/quaſi ad polos obliqui ſolaris qper mediū ſignoꝝ eſt/q oẽs ꝓpinquiores terræ ſint q̄ ſphæra fixarū & remotiores a terra q̄ ſphæra lunaris/q̄q; tres/ Saturni q̄ maior eſt/& Iouis q̄ ſecunda & terræ ꝓpinquior/& Martis ſub ipſa/remotiores a terra reliquis ſunt. Solari etiã ipſa eodẽ fere modo ab oĩbus primis Mathematicis dicit. ¶ Veneris aūt atq; Mercurii ſphæræ a priſcis qdẽ ſub ſolari collocãtur. A nõnullis aūt iuniorū ipſæ quoq; ic circo ſupponũtur qm̃ nũq̄ ab iſtis planetis defici ſol uiſus eſt. Sed hæc ratio infirma nobis uideť. Poſſunt enī planetæ aliqui eſſe ſub ſole: nec tamẽ in aliqua penitus ſuperficie ipſarū ꝓ ipſum & uiſum noſtrū ſunt/ſed in alia/atq; iccirco obiici ſibi nõ poſſe/ſicut & in cõiũctionibus lunæ obiectionibus ut plurimū nullus ſolis defectus efficiť. Verū cū rei huius intelligẽtia nequeat aliter haberi. Propterea q; nulla ſtellarum ſenſibilẽ diuerſitatis aſpectũ faciet a quo ſolo apparẽte diſtãtiæ capiũtur. Veriſimiliter priſcoꝝ mihi ordo uidetur naturalius ꝓ mediũ ſolẽ eos diſſeparans planetas quĩ qua uis poſſunt ab eo diſtãtia remoueri ab illis quæ nõ ita ſe habẽt. Sed circa ipſum ſemper circũducuntur: cũ tamen non adeo ipſos ab eo uerſus terram remoueat: ut aſpectus diuerſitas (de qua curandum ſit) fieri poſſit.

¶ De difficillimo ſuppoſitionum modo in quinq; planetis Caꝑ.II.

SED DE ordine ſphærarũ hæc dicta ſunt. Cũ uero ꝓpoſitum nobis ſit (ſicut de Solæ ac luna fecimus) ſic deniq; Planetis quoq; apparentes ipſoꝝ inæqualitates oẽs æqualibus circularibuſq; motibus fieri demonſtratur. Ii enim diuinoꝝ corpoꝝ naturæ cõueniũt/ unde inordinatio & diſſimilitudo longe abeſt. Magnifacere oportet qcqd in hac re aſſequemur. Quæ finis ſpeculationis Mathematicæ pbiloſophiæ ꝓfecto ẽ. ¶ Eſt aūt negotiũ hoc multis de cauſis difficillimũ: primũ quia nõdũ a prioribus recte cõſideratũ: deinde cum in cõſiderationibus periodicoꝝ in ſingulis motuũ poſſit in obſeruationibus per inſtrumẽta minutus error fieri/qui citius ſenſibilẽ in poſterum faciet differentiã/quando minore tẽporis ſpatio facta obſeruatio ſit tardius q̄ maiore. ¶ Tempus ex quo planetarũ obſeruationes habemus cõſcriptas adeo breue eſt ad magnitudinẽ rerum collatũ: ut lõgi tẽporis ꝑdictionẽ infirmã faciat. ¶ Præterea nõ parũ turbat q; in conſideratione inæqualitatũ duæ in ſingulis inæqualitates fieri uidẽtur/ipſæq; inæquales tũ magnitudine tũ reſtitutionũ tẽporibus. Quarũ quãuis ad ſolẽ altera/Altera ad zodiaci partes perſpiciatur: tñ ſic inter ſe penitus cõfundũtur/ut neutra ꝓprietas facile diſcernatur/ adhuc priſcorũ obſeruationes minore cura & uniuerſalius cõſcriptæ ſunt. Nãq; crebriores ſunt ſtatione/& apparitiones cõtinẽt. Quarum utriuſq; ambigua nimiũ ꝓceptio eſt. Stationes enim uerũ oſtẽdere tẽpus nõ poſſunt. Cum in multis ante ſtationẽ. Et poſt ſtationẽ diebus localis ꝓgreſſus ĩ ſenſibilis fiat/Apparitiões aūt nõ ſolũ locos ipſos ubi prius uel poſterius uiſæ ſunt/ſtatim delere uidẽtur. Verũ etiã errorẽ in tẽporibus afferũt tum ex differẽtia aeris/tum ex differẽtia uiſus cemẽtium/& uniuerſaliter obſeruationes ad aliquã fixarũ ſtellarũ lõgiore diſtãtia factæ/niſi qs genera omniũ diligẽter ac ſcite animaduertat/difficile atq; cõiecturaliter menſurationis magnitudinẽ oſtẽdunt/nõ ſolũ quoniã lineæ (quæ ĩter obſeruatas ſtellas inueniũtur) varios ad obliquum ſolarẽ faciũt angulos nec penitus rectos. Vnde magnus error cõſequtur ꝓpter uariã zodiaci declinationẽ. Quã habẽt in ipſa longitudĩnis atq; latitudinis obſeruatione. Verũ etiã quoniã ipſæ quoq; diſtãtiæ maiores ad

horizõtẽ uisibus modo apparent/& minores in medii cæli locationibus. Et ꝓpterea modo quasi maiores/modo q̃si minores ipsa uera ſubiecta diſtãtia mẽſurant. Quas ob res puto Hipparcũ ueritatis amicũ. Qui ꝓpter hæc oĩa & maxime quia nõ habuit tot ueras obſeruationes a priſcis quot ipſe nobis præbuit/negociũ qdẽ ſolis ac lunæ & inueſtigaſſe. Et ut poſſibile erat ꝑ æquales & circulares motus fieri demõſtraſſe.

¶ Quinq; aũt planetarũ negotiũ quãtũ cõmẽtarii ſui quos nos uidimus oſtendũt/ ne ſuſcepiſſe qdẽ/ſed ſolũ obſeruationes ipſoꝝ cõmodius cõgregaſſe oſtẽdiſſeq; ꝑ ipſas nõ cõuenire apparẽtia ſuppoſitionibus Mathematicoꝝ illius tẽpoiis/nõ enim putauit(ut uideturaffirmandum)tãtummodo eſſe q duplicẽ ſinguli quinq; planetarũ inæqualitatẽ faciãt. Vel ꝙ inæq̃les tãtoſq; unuſq̃ſq; ꝓgreſſus habeat: cũ cæteri Mathematici quaſi de una eadẽq; & inæq̃litate & ꝓgreſſu lineaꝝ demõſtrationibus uſi ſint/neq; ꝙ circulis excẽtricis/aut cõcẽtricis qdẽ zodiaco/Sed epicicloſ habẽtibus aut certe utriſq; iſta efficiãtur/ꝙ inæq̃litas zodiaci tãta ſit/& tãta illa quæ ad ſolem habeãt/qbus oẽs ferme q ꝑ tabulas(quas ꝓpetuas appellãt)æqualẽ circularẽq; motũ oſtẽdere uoluerũt qdã. Sed alii nihil oĩno demõſtrarũt/alii ad finẽ uſq; ñ ꝓuenerũt. Sed cogitauit ꝙ cũ oẽs diſciplinas exq̃ſite uereq; ꝓceſſiſſet/nõ debebat(ſicuti cæteri)incipere quod ad exitũ deduci poſſe nõ uidebaẽ. Intelligebat enĩ & utriſq; inæq̃litatis magnitudinem & periodos ipſas ꝑ apparẽtia certa nec ulli dubitata eẽ demõſtrãdas/ac rurſus cõiũgẽdo utraſq; tã poſitionẽ q̃ ordinẽ circuloꝝ in qbus ipſæ fiũt. Et modũ motus ipſarũ inueniẽdũ oĩaq; apparẽtia ꝓprietati ſuppoſitionis circulorũ accõmodãda. Id igitẽ etiã ipſi difficillimũ arbitror uiſũ fuiſſe. Hæc(non obſtẽtatiõis cauſa)diximus. Sed ut ſi rebus ipſis cogamur aut ꝓter rõnem aliqbus abuti. Vt uerbi gratia/q̃ quaſi in circulis fictis atq; in ſphæris ꝑ motũ ipſoꝝ deſcriptis. Et q̃ quaſi i eadẽ ſupficie cũ obliquo ſolari fint demõſtrationes ꝓpter cõmoditatẽ facimus/aut quãdo prima quædã ſupponamus nõ a principio quodã apparẽtes/ſed crebra experiẽtia/& a cõmodatione intellecta/aut quãdo nõ eũdẽ atq; imutabilẽ motus modũ/ uel declinationis circuloꝝ in oĩhus ſupponi uolumus. Scimus enĩ neq; huiuſmodi abuſum ex quo nulla ſequeẽ differẽtia/de qua curãdũ ſit/noſtro poſſe obeſſe ꝓpoſito/neq; illa quæ ſine demõſtratione ſupponũtur. Si apparẽtibus oĩno cõueniũt/ inueta eſſe abſq; diligẽti animaduerſione uiaq; poſſe/etiã ſi modus intelligentiæ ſuæ uix poſſit exponi/ꝑſertim cũ uniuerſaliter primoꝝ ꝓncipioꝝ cauſæ/aut nullæ ſint/ aut exponi uix poſſint/neq; uarii ſuppoſitiõis circuloꝝ modi quaſi minus rationabiles putãdi ſunt/ꝑſertim cũ ipſa etiã apparẽtia diſſimilia in ſtellis eſſe ꝓcipiãtur. Et maxime q̃ æqualis & circularis motus ſimpliciter ĩ oĩbus cõſeruẽ/& apparẽtiũ ſingula ex ſimilitudine ſuppoſitionũ ꝓprieatq; uniuerſaliter demõſtreẽ. Vſi aũt ſum9 ad ſingulas demõſtrationes obſeruationibus de qbus minime ambigitur/hoc eſt q̃ per cõiũctionẽ aut maximã ſtellarũ ꝓpinquitatẽ/aut etiã lunæ habitæ ſunt/& maxime his quos per Aſtrolabica inſtrumẽta inuenimus. In qbus per foramina circulorũ uiſus dirigitur/& tum æquales diſtãtias undiq; per ſimiles arcus cernere/tum tranſitus ſingulorum qui ad obliquum ſolarẽ fuerit. Et per lõgitudinẽ & per latitudinem exquiſite poteſt percipere per accõmodationem zodiaci in Aſtrolabii circulis/& diametralium foraminum/quæ ſunt in circulis per polos ipſius tranſeuntibus.

¶ De periodicis reſtitutionibus quinq; planetarum. Cap. III.

HIS ITA dictis exponemus ꝑiodicas minimaſq; quinq; Planetarum ꝓxime reſtitutiones ab Hipparcho expoſitas/& a nobis excollatione loꝝ(quæ ꝑ demõſtrationes ĩæqualitatũ emergit correctas.)Quod loco ſuo aptius faciemus/has autẽ reſtitutiões ꝓponimus ut inæqualitatum cõputationibus expoſitos iã medios ſinguloꝝ lõgitudinis atq; inæqualitatis mot9 habeamus: nec erit differẽtia de qua curãdũ ſit ulla/ſiqs uniuerſalius medios motus expoſuerit. ¶ Vniuerſaliter aũt lõgitudinis motũ dicimus cẽtrũ epicicli in excẽtrico motũ. In æq̃litatẽ uero ſtellæ motũ in epicicloꝝ. ¶ Inuenimus ergo. 57. inæq̃litates Saturni ĩ ſolaribus annis/ſicuti nos expoſuimus/hoc eſt a ſolſtitialibus uel æquoctialibus pũctis ad eadẽ ipſa. 59. & die uno/ſexageſimiſq;. 45. ꝓxime fieri. ¶ Reuolutio

stantiaꝝ simul subtendere ī zodiaco supponit: erit & angulus. A. D. C. ī cētro zodiaci cōstitutus taliū. 141. 12. qualium quatuor recti sunt. 360. qualiū uero duo recti sunt 360. talium. 282. 24. angulus uero. A. D. E. qui deinceps ad ipsum sequitur. 77. 36. earundem. quare arcus quoq; lineæ. E. F. talium est. 77. 36. qualium est circulus. D. E. qui rectum angulum subtendit. 120. similiter quoniam. A. B. C. arcus excentrici. 133. 24. colligitur/erit etiam angulus. A. E. G. cū sit in circūferentia talium. 133. 24. qualium duo recti sunt. 360. erat autē angulus quoq; A. D. E. 77. 36. earundem: & reliquus igitur. E. A. F. 149. 3. earundem erit: quare arcus etiā lineæ. E. F. talium est. 149. 3. q̄/lium est circulus qui. A. E. F. rectangulo circūscribitur. 360. linea uero. E. F. taliū. 115. 39. qualiū est. E. A. quæ rectum angulum subtendit. 120. qualiū igitur. E. F. linea demonstrata est. 75. 12. &. E. D. supponitur. 120. taliū etiam. E. A. linea erit. 78. 2. ¶ Rursum q̄m. A. B. arcus excentrici. 99. 55. graduū ē: erit profecto etiā. A. E. B. angulus cū i circūferētia constituatur. 99. 55. talium/qualiū duo recti sunt. 360. q̄re arcus quoq; lineæ. A. T. talium est. 99. 55. qualium est circulus qui. A. E. T. rectangulo circūscribitur. 360. & arcus lineæ. E. T. 80. 5. reliquorū ad semicirculum chordæ igitur etiā suæ A. T. quidem talium erit. 91. 52. qualium est. A. E. quæ rectum angulum subtendit 120. E. T. uero. 77. 12. earundem qualium igitur. A. E. linea. 78. 2. demonstrata est: & D. E. 120. talium etiam. A. T. erit. 59. 44. &. E. T. 50. 12. Demonstrata est autem linea quoq; tota. E. B. 210. 58. earundem & reliqua igitur. T. B. talium erit. 160. 46. qualiū est. A. T. 59. 44. ¶ Est autem quadratum lineæ. T. B. 25845. 55. & quadratum lineæ T. A. 3568. 4. q̄ simul capta faciunt quadratum lineæ. A. B. 29413. 59. erit igitur linea A. B. talium per longitudinem. 171. 30. qualium erit linea. E. D. 120. &. E. A. 78. 2. est autem ipsa linea. A. B. talium. 91. 52. qualium est excentrici diameter. 120. arcum enī subtendit graduum. 99. 55. qualium igitur est. A. B. linea. 91. 52. & excentrici diameter. 120. talium etiam erit. E. D. linea. 64. 17. &. E. A. 41. 47. ¶ Quare arcus quoq; ipsius. E. A. lineæ. 40. 45. graduum est. Totus uero arcus. E. A. B. G. 174. 6. quapropter etiam linea. E. D. G. talium est. 119. 50. proxime qualium est excentrici diameter. 120. quoniam igitur. E. A. B. C. circuli portio minor est quam semicirculus atq; ideo centrum excentrici extra ipsam inuenitur. ¶ Supponatur etiam in. C. ducat̄ q; per ipsum: & per. D. diameter. L. C. D. M. quæ est per utraq; centra & ab ipso. C. ad lineam. G. E. ducta perpendicularis. C. N. protrahatur usq; ad. X. quoniam igitur qualium est. L. M. diameter. 120. talium demonstrata est. E. C. linea. 119. 50. &. E. D. 64. 17. habebimus reliquam. C. D. 55. 33. earundem: quare quoniam rectāgulum quod sub. E. D. &. D. C. lineis continetur æquale est rectangulo quod sub. L. D. &. D. M. lineis/habebimus/etiam rectangulum quod sub. L. D. &. D. M. lineis continetur talium. 3570. 56. qualium est. L. M. diameter. 120. sed rectangulum quod fit a lineis L. D. &. M. D. cum quadrato lineæ. D. C. facit quadratum semidiametri hoc est lineæ. C. L. Si etgo a quadrato semidiametri hoc est. 3600. subtraxerimus rectāgulum sub lineis. L. D. &. D. M. contentum hoc est. 3570. 56. relinquitur quadratum lineæ. D. C. 29. 4. earundem habebimus ergo ipsam lineam. D. C. quæ est inter centra taliū. 5. 23. pxime qualium est. C. L. excentrici semidiameter. 60. ¶ Rursus quoniam medietas lineæ. G. E. hoc est linea. G. M. talium est. 59. 55. qualium. L. M. diameter. 120. demonstrataq; est linea. G. D. 55. 33. earundem & reliqua ergo linea. D. N. talium est. 4. 22. qualium erat linea. D. C. 5. 23. qualium igitur est. D. C. quæ rectāgulum subtendit. 120. talium etiam. D. N. erit. 97. 20. & arcus suus talium. 108. 24. qualium est circulus qui rectangulo. D. C. N. circunscribitur. 360. angulus igit̄ etiā D. C. N. taliū quidem est. 108. 24. qualium duo recti sunt. 360. qualiū uero quatuor recti sunt. 360. talium. 54. 12. ¶ Et quoniam in centro excentrici est habebimus etiā arcum. M. X. 54. 12. est autē totus etiā arcus. G. M. X. E. gra. 87. 3. cū sit medietas toti9 G. X. E. reliquus ergo arcus. M. G. qui est a minima longitudine erit. 32. 51. cum autē B. G. distantia. 33. 26. graduum supponatur/patet quod reliquum quoq; arcum. B. M. qui est a secunda oppositione ad minimā longitudinē habebimus sexagesimaꝝ 35. Cūq; A. B. distantia. 99. 55. graduum supponatur habebimus etiā reliquā. L. A. quæ est a maxima longitudine ad primā oppositionē gra. 79. 30. si ergo in hoc excentrico epicycli centrū deferet̄ satis esset his magnitudinibus tanquā certis puti/Ve





□	25845	55
□	3568	4
	29413	59














rũ quoniã ſecũdũ ſuppoſitionis conſequentiam in alio circulo mouetur qui deſcribitur centro diuidenti puncto lineã. D. C. æqualiter ſpatio. C. L. oportebit rurſus ſicut in Marte factum eſt/primum apparentium diſtantiarum differentias computare/demonſtrareq; quantæ nam eſſent/quaſi proportiones excẽtricitatis iſte ꝓxime ſint. Si non in altero excentrico: ſed in primo qui zodiaci continet inæqualitatẽ/quiq; ad centrũ. E. circunſcribitur/epicycli centrũ deferet. ¶ Sit ergo. L. M. excẽtricus qui centrum defert epicycli: cuius centrũ. D. excentricus uero (qui epicycli motum facit æqualem) ſit. N. X. cuius centrum. F. & ſit æqualis excentrico. L. M. coniunctaq;. N. L. M. diametro quæ per centra eſt: capiatur in ipſa zodiaci centrum: & ſit. E. & ſupponatur primum in prima oppoſitione centrũ epicycli eſſe in puncto. A. & coniũgãtur. D. A. &. A. E. &. F. A. X. &. E. X. lineæ deducanturq; a punctis. D. &. E. ad lineã. A. F. productam perpendiculares. D. I. &. E. T. quoniam igitur angulus. N. F. X. æqualis ſecundũ longitudinẽ motus/taliũ. 79. 30. demonſtratus eſt/qualium quatuor recti ſunt. 360. erit etiã contra ſe poſitus angulus. D. F. A. talium quidem. 79. 30. qualium quatuor recti ſunt. 360. qualium uero duo recti ſunt. 360. talium. 159. quare arcus quoq;. D. I. talinm eſt. 159. qualium eſt circulus qui. D. F. I. rectangulo circũſcribitur. 360. arcus autem. F. I. 21. reliquoꝝ ad ſemicirculum/chordæ igitur etiam ſuæ D. I. quidem talium erit. 17. 59. qualium eſt. D. F. quæ rectum angulum ſubtendit 120. F. I. autẽ. 21. 2. earundem/quare qualium eſt linea. D. F. quæ eſt medietas lineæ E. F. 2. 42. proxime: &. D. A. ſemidiameter excentrici. 60. talium etiam erit. D. I. 2. 39. &. F. I. 0. 30. & quoniam quadratum lineæ. D. I. ſubtractum a quadrato lineæ D. A. facit quadratum lineæ. A. I. habebimus etiam lineam. A. I. 59. 56. earundem. Similiter quoniã linea. F. I. æqualis eſt lineæ. I. T. & dupla ad. E. I. & tota linea. A. T. talium. 60. 26. qualium eſt. E. T. 5. 18. & propterea etiam. A. E. quæ rectum angulum ſubtendit. 60. 40. eorundem/quare qualium eſt. A. E. quæ rectum ſubtendit. 120. talium erit. E. T. 10. 29. & arcus ſuus talium. 10. 1. proxime qualium eſt circulus qui rectangulo. A. E. T. circunſcribitur. 360. augulus igitur etiam. A. E. T. talium eſt. 10. 1. qualiũ duo recti ſunt. 360. ¶ Rurſus quoniã qualium eſt. E. T. linea. 5. 18. talium eſt F. X. excentrici ſemidiameter. 60. &. F. T. linea/unius/tota uero. F. T. 61. habebimus etiam. E. X. quæ rectum angulum ſubtendit. 61. 14. earũdem qualium igitẽ eſt. E. X. quæ rectum ſubtendit. 120. talium etiã erit. E. T. 10. 23. & arcus ſuus. 9. 55. talium qualium eſt circulus qui rectangulo. E. T. X. circũſcribitur. 360. quare angulus etiã. E. X. T. taliũ eſt. 9. 55. qualium duo recti ſunt. 360. Sed angulus quoq;. E. A. T. 10. 1. earundem demonſtratus eſt/& reliquus igitur. A. E. X. angulus differẽtiæ quam querim9/talium quidem erit. 0. 6. qualiũ duo recti ſunt. 360. qualium uero quatuor recti ſũt 360. talium. 0. 3. Cernebat autem in prima oppoſitione Iouis ſtella perſpecta per lineã. E. A. 23. 11. gradus ſcorpionis obtinere/quare perſpicuum eſt ꝙ ſi nõ in excẽtrico L. M. ſed in excentrico. N. X. epicycli centrũ deferet/eſſet ꝓfecto in puncto eius. X. & ſtella p. E. X. lineã perſpiceret trib9 ſexageſimis differens obtinenſq; gra. ſcorpionis 23. 14. ¶ Rurſus in ſimili figura deſignet ſecũdæ oppoſitionis deſcriptio/parũper ad minimæ longitudinis præcedentia deſignata: & qm excẽtrici arcus. X. N. 35. ſexageſimarũ demonſtratus eſt: erit profecto etiam angulus. X. F. N. taliũ. 0. 35. qualium quatuor recti ſunt. 360. qualiũ uero duo recti ſunt. 360. talium. 1. 10. quare arcus etiã D. I. taliũ erit. 1. 10. qualium eſt circulus qui. D. I. F. rectangulo circunſcribit. 360. & F. I. 178. 50. reliquorum ad ſemicirculum/chordæ igitur etiam ſuæ. D. I. quidem talium erit. 1. 13. qualium eſt. D. F. quæ rectum angulum ſubtendit. 120. F. I. autẽ earũdẽ. 120. ꝓxime/qualiũ igitẽ eſt. D. F. linea. 2. 42. &. D. B. excentrici ſemidiameter. 60. taliũ erit. D. I. 0. 2. &. F. I. 2. 42. & ſimiliter. I. B. earundem. 60. cũ ſit indifferens a linea. B. D. quæ rectum ſubtendit. ¶ Et quoniã rurſus. I. T. linea æqualis eſt lineæ. I. F. &. E. T. dupla eſt ad. D. I. habebimus etiam reliquam. T. B. talium. 57. 18. qualium eſt. E. T. 0. 4. &. Iccirco etiã lineã. E. B. quæ rectũ angulũ ſubtẽdit. 120. talium quoq; erit. E. T. 0. 8. proxime: & arcus ſuus taliũ. 0. 8. qualiũ eſt circulus q rectangulo. B. E. T. circunſcribitur. 360. quare angulus etiam. E. B. T. talium eſt. 0. 8. Qualium duo recti ſunt. 360. Similiter quoniam qualium eſt. F. X. excentrici ſemidiameter. 60. taliũ. F. T. tota demõſtrata eſt. 5. 24. habebimus ẽt reliquam. T. X. talium. 54. 36. qua/

lium erat.E.T.0.4.& iccirco etiam lineam.E.X.54.36.earundem/qualium igit̃ eſt E.X.quæ rectũ angulum ſubtendit.120.taliũ.E.T.quoq; erit.0.10.proximæ:& arcus ſuus talium.0.10.qualium eſt circulus qui rectangulo.E.T.X. circunſcribitur.360. quare angulus etiam.E.X.T.taliũ erit.0.10. qualium eſt circulus qui triangulo. E. T.X.circũſcribitur.360.& reliquus.B.E.X. angulus.0.2. earundem/qualium uero quatuor recti ſunt.360.talium.0.1.perſpicuum igitur etiam hic eſt q; ſtella quæ in ſecunda oppoſitione per.C.B.lineam perſpecta.7.54.piſciũ gradus obtinebat/ſi ꝙ E.X.perſpiceretur.7.53.piſcium ſolummodo obtineret. ¶ Proponatur etiam tertiæ oppoſitionis deſcriptio ad ſucceſſionem minimæ longitudinis deſignata/etiã quoniã.N.X.arcus excentrici graduũ eſſe ſupponit̃.32.51.erit profecto etiã angulus N.F.X.taliũ.32.51.qualiũ quatuor recti ſunt.360. qualiũ uero duo recti ſunt.360. talium.65.42.quare arcus quoq; D.I.talium erit.65.42.qualium eſt circulus quĩ D.F.N.rectangulo circunſcribitur.360.arcus uero lineæ.F.I.114.18.ad ſemicircu/lum reliquorum chordæ igitur & ſuæ.D.I.quidem talium erit.65.6.qualium eſt D.F.quæ rectum angulum ſubtendit.120.F.I.autem.100.49.earundem qualium igitur eſt.D.F.linea.2.42.&.D.C.excentrici ſemidiameter.60.talium.D.I.quoq; erit.1.28.&.F.I.2.16.& quoniam quadratũ lineæ.D.I.ſubtractum a quadrato lineæ D.C.facit quadratum lineæ.C.I.habebimus etiam ipſam lineã.C.I.59.59.proxi/me earundem. ¶ Similiter quoniã.T.I.linea æqualis eſt lineæ.I.F.&.E.T.dupla ad.D.I.Habebimus etiã reliquã.C.T.taliũ.57.43.qualiũ eſt.E.T.linea.2.56.& pro/pterea etiam.E.C.quæ rectum angulum ſubtendit.57.47.earundem/qualium igi tur eſt.E.C.quæ rectum ſubtendit.120.talium etiam.E.T.linea erit.6.5.& arcus ſuus talium.5.48.proxime/qualium eſt circulus qui.C.E.T.rectangulo circunſcribitur 360.quare angulus etiam.E.C.T.talium eſt.5.48.qualium duo recti ſunt.360.Eo/dem modo quoniam qualium eſt.F.X.excentrici ſemidiameter.60.talium tota.F. T.colligitur.4.32.habebimus etiam reliquam.X.T.talium.55.28.qualium erat.E. T.2.56.& propterea etiam.E.X.quæ rectum angulum ſubtendit earundem.55.33. quare qualium eſt ipſa.E.X.quæ rectum ſubtendit.120.talium etiam erit.E.T.6.20. & arcus ſuus talium.6.2.qualium eſt circulus qui rectangulo.E.T.X. circunſcribitur 360.quare angulus quoq;.E.X.T.talium erit.6.2.qualium duo recti ſunt.360.& re liquus.C.E.X.0.14.earundem qualium uero quatuor recti ſunt.360.talium.0.7. Quasobres quoniam ſtella in tertia oppoſitione per.E.G.lineam perſpecta.14.23. gradus arietis obtinebat.Perſpicuum rurſus eſt ſi per lineam.E.X.fuiſſet perſpecta ꝙ.14.30.gradus arietis obtinuiſſet. ¶ Demonſtratum autem eſt ipſam.23.14.ſcor pionis gradus in prima oppoſitione obtinuiſſe.Et in ſecunda.7.53.gra.piſcium ap/parentes igitur iſtæ Iouis diſtantiæ ſi non ad excentricum qui epicycli centrum de/fert/ſed ad eum qui æqualem eius motum continet conſiderantur a prima quidem oppoſitionæ ad ſecundam.104.39.colligitur gradus. ¶ A ſecunda uero ad tertiam 36.37.has indemonſtrato iam theoremate ſecuti:lineã quidem quæ eſt inter cẽtra zodiaci & eius excentrici qui æqualem epicycli continet motum talium.5.30.pro/xime inuenimus:qualium excenttici diameter eſt.120.Illum uero arcum excentrici qui a maxima longitudine ad primam oppoſitionem eſt graduum.77.15.arcus au tem qui eſt a ſecunda oppoſitione ad minimam longitudinem grad.2.50.& arcum tandem qui eſt a minima longitudine ad tertiam oppoſitionem grad.30.36.ꝙ uero etiam hinc exacte expoſitæ magnitudines captæ ſint propterea ꝙ differentiæ diſtantiarũ eædem proxime priotibns per hæc quoq; colliguntur:inde patet ꝙ ap/parẽtes etiam ſtellæ diſtantiæ per inuentas proportiones eædem inueniuntur iliis quæ per obſeruationes captæ fuerunt:quod nobis ita perſpicuum erit. ¶ Deſignet̃ enim rurſus primæ oppoſitionis deſcriptio/quæ excentricũ deferentem epicycli cẽ/trũ ſolũmodo habeat:qm̃ igitur angulus.L.F.A.talium demonſtratus eſt.77.15.q̃ liũ quatuor recti ſunt.360.qualium uero duo recti ſunt.360.taliũ & ipſe & qui ſibi oppoſitus eſt angulus.D.F.I.154.30.earundem/erit eriam arcus lineæ.D.I.talium 154.30.qualium eſt circulus qui rectangulo.D.F.I.circunſcribitur.360.arcus autẽ lineæ.F.I.25.30.ad ſemicirculũ reliquoꝝ chordæ igit̃ etiã ſuæ.D.I.quidẽ taliũ erit 117.2.qualiũ eſt.D.F.quæ rectum angulum ſubtendit.120.F.I.aũt.26.29.earundem




1	♐	23	14	♏
2	♐	7	53	♓
3	♐	14	30	♈





quare qualium est.F.D.linea.2.45.&.D.A.excentrici semidiameter.60. taliũ quo/
ꝝ erit.D.I.linea.2.41.&.F.I.o.36.& per eadem superioribus.A.I.quidẽ linea ent
59.56.earundem tota uero.A.T.talium.60.32.qualium est.E.T.quæ dupla ẽ ad.D.
I.5.22.sic.A.E.quoꝝ cum rectum subtendit angulum subtendit.120.talium etiã erit
E.T.10.36.& arcus suus talium.10.8.qualium est circulus qui rectangulo.A.E.T. cir
cunscribitur.360.& angulus igitur.I.A.T.talium est.10.8.qualium duo recti sunt
360.& reliquus ergo.L.E.A.angulus.144.22.earũdem erit: qualium uero quatuor
recti sunt.360.talium.72.11.Tot ergo gradibus stella a maxima longitudine. In pri
ma oppositionæ in zodiaco distabat. ¶ Designetur rursum secundæ oppositionis
descriptio/quoniam igitur angulus.B.F.M.taliũ supponitur esse.2.50.qualiũ qua/
tuor recti sunt.360.qualium duo recti sunt.360.talium.5.40.erit etiam arcus lineæ
D.I.taliũ.5.40.qualium est circulus qui rectangulo.D.F.I.circunscribitur.360.ar/
cus uero lineæ.F.I.174.20.ad semicirculum reliquorum chordæ igitur etiã suæ. D.
I.quidem talium erit.5.55.qualium est.D.F.quæ rectum angulum subtendit.120.
F.I.autem.119.51.earundem/qualium igitur est.A.F.linea.2.45.&. D.B. excentrici
semidiameter.60.talium etiam erit linea.D.I.o.8.&.I.F.2.45.proxime/per eadem
uero linea etiam.I.B.60.proxime earundem erit & reliqua.B.T.talium.57.15.qua/
lium est.E.T.linea.o.16.sic.E.B.quoꝝ quæ rectum angulum subtendit.57.15.earũ
dem colligitur/qualium igitur est.E.B.quæ rectum subtendit.120.taliũ.E. T. quoꝝ
erit.o.33.& arcus quoꝝ suus taliũ.o.32.qualium est circulus qui.B.E.T. rectangulo
circunscribitur.360.quare angulus etiam .F.B. T. talium. o.32. qualium duo recti
sunt.360.totus autem.B.E.M.6.12.earundem/qualium uero quatuor recti sũt.360
talium.3.6.distabat ergo etiam a minima longitudine ad præcedentia/ in secunda
oppositione stella Iouis gra.3.6.demonstrataꝝ fuit distare ad successionem in pri/
ma oppositione ad secundá apparens distantia reliquorum ad semicirculum grad.
104.43.sic enĩ per obseruationes perspectũ est. ¶ Designetur etiam tertiæ oppositionis descriptio: quoniam igitur.M.F.C.angulus talium demonstratus est.30.36.
qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti sunt.360.talium.61.12.erit
etiam arcus lineæ.D.I.talium.61.12.qualium est circulus qui rectangulo.D.F.I.cir
cũscribitur.360.arcus uero lineæ.F.I.reliquorum ad semicirculum.118.48.& chor/
dæ igitur etiam suæ.D.I.quidem talium erit.61.6.qualium est.D.F.quæ rectũ an/
gulum subtendit.120.&.F.I.103.17.earundem/qualium igitur est.D.F.linea.2.45.
&.G.D.excentrici semidiameter.60.talium erit.D.I.linea.1.24.&.F.I.2.22.& per
eadem igitur quidem linea.59.59.earundem erit: & reliqua.G.T.57.37.talium/qua
lium etiam.E.T.colligitur.2.48.sic etiam.E.G.quæ rectum angulum subtẽdit.57.
41.earundem colligitur: quare qualium est.E.G.quæ rectum subtendit.120. talium
E.T.erit.5.50.& arcus suus talium.5.34.qualium est circulus qui rectangulo.E.G.
T.circũscribitur.360.quare angulus etiam.E.G.T.talium est.5.34.qualium duo re
cti sunt.360.Totus uero.M.E.G.66.46.earundem/qualium uero quatuor recti sũt
360.talium.33.23.totidem enim gradibus in tertia oppositione ad successionem a
minima longitudine stella distabat: demonstrataꝝ est ab eadem minima longitudi
ne ad præcedentia.3.6.gradibus. In secunda oppositione distare/ quare apparens a
secunda ad tertiam oppositionem distantia componendorum graduum est.36.29.
ut per obseruationes etiam habuimus. ¶ Hinc patet quoniam in tertia oppositiõe
obseruatos.14.23.gradus Arietis stella obtinebat distabat (ut demonstratum est) a
minima longitudine ad successionem gradibus.33.23.ꝝ minima excentricitatis ei9
longitudo.11.graduũ piscium tũc obtinebat. Maxima uero ex opposito.11. uirginis/
quare si centro.G.epicyclũ.I.T.C.describserimus mediũ qdẽ ꝓ longitudiné motũ
a puncto.L.maximæ longitudinis excẽtrici graduũ habebimus.210.36.angulus enĩ
M.F.C.taliũ demonstratus est.30.36.qualium quatuor recti sunt.360. arcum uero
epicycli.T.C.qui est a.T.minima epicycli lõgitudine ad punctum.C.ubi stella sup/
ponitur graduum.2.47.nam etiam angulus.E.G.F.talium demonstratus est.5.34.
qualium duo recti sunt.360. qualium uero quatuor recti sunt.360. talium.2.47.
quapropter oppositionis tertiæ hoc est in primo Anno Antonini athir(secũdum
ægyptios) die.20.sequẽte.21.post mediã noctem horis.5.stella Iouis ad medios mo/



tus


tus perſpecta per lõgitudinẽ quidẽ a maxima excẽtrici lõgitudine diſtabat gradibus 210.36. & obtinebat.11.36.gra.Arietis per inæqualitatem uero a puncto.I. hoc eſt a maxima epicycli longitudine gra.182.47.


ℂ Demonſtratio magnitudinis epicycli Iouis. ♃ Caſ.II.

De magnitudine epicycli Iouis

Aldebaran

ONSEQVENTER poſtea ad demõſtrandam epicycli magnitudinem obſeruationem cœpimus quã in ſecũdo anno Antonini obſeruauimus/Meſſori ſm ægyptios die.26.ſequente.27.ante ortum ſolis/hoc eſt poſt mediã noctem quinq; proxime horis æqualibus. Medius enim motus ſolis.16.11.gra.cancri obtinebat/& erat in medio cœlo ſm aſtrolabiũ 2.gra.Arietis quãdo ſtella Iouis adſplendidã ſuccularum perſpecta cernebatur eſſe in gra.Geminorũ.15.45.perſpiciebaturq; eũdẽ(cũ centro lunæ quæ auſtralior erat) locũ obtinere.quo quidẽ tẽpore per expoſitas nobis cõputatiões lunã mediæ.9.gr. Geminorum obtinuiſſe inuenimus.Inæqualitatis uero a maxima epicycli longitudine gra.272.5.propterea uerũ quidẽ motũ eius in.14.50.gradus Geminorũ.apparentẽ uero in Alexandria.15.45.Iouis igitur ſtella.15.45.gra. Geminorum ſimiliter obtinebat. ℂ Rurſus qm̃ a tertia oppoſitione uſq; ad expoſitam modo obſeruationem unus ægyptiacus annus interfuit/& dies.276.quod tẽpus(nulla enim ſenſibilis erit differẽtia)ſi hoc uniuerſalius capiamus:lõgitudinis quidẽ gradus cõtinet.53.17.Inæq̃litatis uero.218.31.Si ergo gradibus tertiæ oppoſitionis accõmodate hos addiderimus/habebimus ad tẽpus obſeruationis lõgitudinis quidẽ ab eadẽ proxime maxima longitudine.263.53.Inæqualitatis uero a maxima epicycli lõgitudine.41.18. ℂ His ſuppoſitis deſignetur rurſum deſcriptio ſimilis demõſtrationi quã de Marte præmiſimus.Vbi epicycli ſitus ad ſucceſſionẽ minimæ excẽtrici lõgitudinis habetur.Stellæ autẽ ipſius ad partẽ quæ eſt poſt maximã epicycli longitudinẽ cõgrue accõmodateq; mediis motibus lõgitudinis & inæqualitatis/quos hic expoſuimus.Quoniã igitur medius a maxima excẽtrici lõgitudine(ſm longitudinẽ)motus graduũ eſt.263.53.erit ẽt angulus.B.F.C.taliũ.83.53. qualiũ quatuor recti ſũt.360.qualiũ uero duo recti ſunt.360.taliũ.167. 46.Arcus igit ẽt lineæ.D.M.taliũ eſt.167.46.qualiũ eſt circulus qui rectãgulo.D. F.M.circũſcribit.360.Arcus uero lineæ.F.M.12.14. ad ſemicirculũ reliquo;.Chordæ igit ẽt ſuæ.D.M.qdẽ taliũ erit.119.19.qualiũ eſt.D.F.quæ rectũ angulum ſubtẽdi.120.F.M.aũt.12.47.earũdẽ/quare qualiũ eſt.D.F.linea.2.45.&.D.B.excentrici ſemidiameter.60.talium etiã erit.D.M.2.44.proxime/ſed.F.M.0.18.& quoniã quadratũ lineæ.D.M.ſubtractũ a quadrato lineæ.D.B.facit quadratum lineæ.M.B.erit etiã linea.M.B.59.56.per lõgitudinẽ earũdẽ.Similiter quoniã linea.F.M.æqualis ẽ lineæ.M.L.&.E.L.dupla eſt ad.D.M.erit etiã reliqua.L.B.taliũ.59.38.qualiũ linea E.L.colligitur.5.28.Iccirco etiã.E.B.quæ rectũ angulũ ſubtẽdit.59.52.earũdem erit/quare qualiũ eſt.E.B.quæ rectũ ſubtendit.120.talium erit.E.L.10.58.proxime/& arcus ſuus talium.10.30.qualium eſt circulus qui rectãgulo.B.E.L.circũſcribitur.360. quare angulus quoq;.E.B.F.talium eſt.10.30.qualium duo recti ſunt.360. Erat autem etiam angulus.B.F.C.167.46.& totus igitur.B.E.C.angulus.178.16.earũdem erit. ℂ Rurſus quoniã.C.minima lõgitudo.11.gra.proxime piſcium obtinet/& ſtella perſpiciebatur in linea.E.C.15.45.Geminoꝝ gra.obtinere/erit etiam angulus.C. E.G.talium.94.45.qualium quatuor recti ſunt.360.qualium uero duo recti ſunt 360.talium.189.30.& reliquus.B.E.C.11.14.earũdẽ/quare arcus quoq; lineæ.B.N. talium erit.11.14.qualium eſt circulus qui.B.E.N.rectangulo circũſcribitur.360.& ipſa linea.B.N.talium.11.44.qualium eſt.E.B.quæ rectum angulum ſubtẽdit.120. qualium igitur eſt.E.B.linea.59.52.& excentrici ſemidiameter.60.talium etiam.B. N.erit.5.50.ſimiliter quoniam arcus.I.C.41.18.graduum eſt/erit etiam angulus.I. B.C.talium quidem.41.18.qualium quatuor recti ſunt.360.qualium uero duo recti ſunt.360.talium.82.36.erat autẽ etiam.E.B.F.Angulus hoc eſt.I.B.T.10.30.& reli






quus igitur.T.B.C.erit.72.6.earūdē.Sed angulus quoq; C.E.T.11.14. earūdem demonstratus est/& reliquus igitur.B.C.N.60.52.earūdem erit: quare arcus quoq; lineæ.B.N.talium erit.60.52.qualiū est circulus qui.B.C.N.rectāgulo circūscribitur 360.B.N.autem chorda talium.60.47.qualium est.B.C.quæ rectū angulum subtendit.120.quare qualium est.B.N.linea.5.50.& excentrici semidiameter. 60. taliū etiam.B.C.epicycli semidiameter.11.30.proxime/quod nobis quærebatur.

¶ De emendatione periodicotum motuum Iouis. ♃ Cap.III.

¶ Secūdum Dionysiū Virginionis mēse qui ab ægyptiis epiphi uocitabat uel potiꝰ phaophi/ſm Gauricum.

CONSEQVENTER autē periodicorum motuū gra unam rursus die priscis obseruationibus(quæ non ambigue conscripta est)accepimus per quā reperitur q̄ anno.45.ſm Dionysium Virginionis decima matutina Iouis stella australem obtexit Asinum/& est tempus annorum.83.a morte Alexandri Epiphi ſm ægyptios.17.sequente.18.in mane/quando solem medio motu.9.56.gradus Virginis obtinuisse inuenimus. Sed stella quæ uocatur australis Asinus cū sit in nebula Cancri in tempore quidem obseruationis nostræ.11.3. gra.Cancri obtinebat/obtinuit ergo in obseruatiōe dicta gra.7.33.Annis enim.378. qui interfuerunt.3.47.cōgruunt gradus/quare stella quoq; Iouis quæ tunc fixā obtexerat.7.33.gra.Cancri obtinebat.Similiter qñ maxima lōgitudo in Virginis gradibus.11.tēpore nostro reperitur/tēpore obseruatiōis.7.13.gra.eiusdē obtinere debebat.Vnde patet apparēter stellā.300.gradibus &.20.sexagesimis a maxima excētrici lōgitudine tunc remotā fuisse.Mediū uero solē ab eadē longitudine ad successionē gradibus.2.43.¶ His suppositis/designetur rursum descriptio similis demōstratio ni quā de Marte habuimus/cōsequēter dūtaxat motibus qui per obseruationes dati sunt/quæ situm quidē epicycli in.B.pūcto ante maximam lōgitudinē habēt. Situm aūt medii solis motus parū post eādē longitudinē in pūcto.L.& propter hæc/situm quoq; stellæ in.T.pūcto post.I.maximæ lōgitudinis epicycli punctū cōiunctis semper eodē modo.F.B.I.&.D.B.&.B.T.&.E.T.lineis deductisq; ad lineā quidē.D.B perpēdiculari.F.C.ad lineā uero.E.T.perpēdicularis.D.M.&.B.N.Ad lineā autem B.N.protractā hic perpēdiculari.D.X.quæ faciat.D.M.&. N.X. parallelogramum rectangulū/qm̄ igitur angulus.A.E.T.qui reliquos ad circulū zodiaci unū post gradus.300.& sexagesimas.20.cōtinet taliū est.59.40.qualiū quatuor recti sunt.360. & angulus.A.E.L.2.43.Similiū erit etiā.L.E.T.totus hoc est.B.T.E.talium. 62.23 q̄liū q̄tuor recti sunt.360.qualiū uero duo recti sunt.360.taliū.124.46.quare arcus quoq; lineæ.B.N.taliū erit.124.46.q̄liū ē circulus q.B.T.N.rectāgulo circūscribit 360.Ipsa uero.B.N.linea taliū.106.20.qualiū est.B.T.quæ rectū angulū subtendit 120.qualiū igit est epicycli semidiameter.11.30.taliū erit.B.N.linea.10.12.¶ Rursus qm̄ angulus.D.E.M.taliū esse supponit.59.40.qualiū quatuor recti sunt.360.qualiū uero duo recti sunt.360.taliū.119.20.& reliquus.M.D.E.60.40.earūdē.Erit etiā arcus lineæ.D.M.taliū.119.20. q̄liū est circulus qdē rectāgulo circūscribitur.360.& linea.D.M.taliū.103.34.qualiū est.E.D.quæ rectū angulū subtēdit.120.qualiū igitur est.E.D.linea.2.45.&.D.B.excētrici semidiameter.60.taliū erit.D.M.2.23.&.B.N. X.tota.12.35.earūdem/quare qualiū est.B.D.quæ rectum angulum subtendit.120.talium erit.B.X.linea.25.10.& arcus suus taliū.24.14.qualiū est circulus. B.D.X. q rectangulo circūscribitur.360.quare angulus quoq;.B.D.X.taliū erit.24.14.qualium duo recti sunt.360.& reliquus.B.D.M.155.46.earūdem.Totus autem.B.D.E.216. 26.similium/& reliquus rursum.B.D.F.143.34.earūdē/quare arcus etiam lineæ.F. C.taliū erit.143.34.qualiū est circulus q.F.D.C.rectāgulo circūscribitur.360. Arcus uero lineæ.D.C.36.26.ad semicirculum reliquoꝝ.Quapropter chordæ quoq; suæ F.C.quidē taliū.113.59.qualium est.D.F.quæ rectum angulū subtēdit.120.D.C.aūt 37.31.earūdē/qualiū igitur est.D.F.linea.2.45.&.D.B.excētrici semidiameter.60.talium etiā erit.C.F.2.37.&.D.C.0.52.& reliqua.C.B.59.8.& propterea etiā.F.B.quæ rectum angulum subtendit.59.12.earūdem/quare qualium est.F.B.quæ rectum subtendit.120.talium etiā.F.C.erit.5.18.¶ Arcus uero qui super ipsam ē/taliū.5.4.qualium est circulus.360.qui rectū angulum.B.F.C.circūscribit. Quare angulus quoq;



F.B.D.talium est.5.4.qualium duo recti sunt.360.Totus uero.A.F.B. quo motus lõgitudinis medius continetur earũdem.148.38.erit/qualiũ uero quatuor recti sunt 360.talium.74.19.Verum quoniã si angulus.I.B.T.cõpositus fuerit cum angulo B.F.G.& semicirculo simul hoc est si ab eo subtractus fuerit/angulus.D.F.B.facit ãgulũ.I.B.T.quo motus stellæ a maxima epicycli lõgitudine cõtinet.77.2.earũdẽ. ¶Demõstratũ itaq; nobis est ♃ in tẽpore obseruationis propositæ stella Iouis medio motu moueri cõsiderata distabat per lõgitudinẽ a maxima excẽtrici lõgitudine gradibus.285.41.obtinebatq; medio motu.22.54.gra.Geminorũ.Inæqualitatis autẽ a maxima epicycli lõgitudine.77.2.¶Fuitq; nobis etiã demõstratum ♃ in tẽpore tertiæ oppositionis distabat ab eadem epicycli longitudine gradibus.182.47.addidit ergo in tempore quod inter duas fuit obseruationes/hoc est in annis ægyptiacis.377.& diebus.118.una proxime hora minus post.345.integros inæqualitatis circulos/gradibus.105.45.quot nobis ferme post integros circulos per tabulas mediorum motuum iam expositas colliguntur/Propterea ♃ ab istis diurnum constituimus motũ/ex partitione multitudinis graduum quæ ex circulis resolutis & additis gradibus cõgregatur per multitudinẽ dierũ qui ex omni tẽpore colligũtur.

¶De locis periodicorum motum Iouis. ♃ Cap.IIII.


QVONIAM igitur hic rursum a primo Nabonassari anno Thot fm ægyptios die prima in meridie usq; ad priscã obseruationẽ quã exposuimus anni ægyptiaci sunt.506.& dies.316.proxime/quod tẽpus cõtinet post integros circulos/longitudinis quidẽ gradus.258.13.inæqualitatis uero.290.58.Si hos accõmodate a locis obseruationũ subtraxerimus:habebimus locos stellæ Iouis in eodem cum aliis tempore mediorum motuum lõgitudinis qdẽ in gradibus libræ.4.41.Inæqualitatis uero a maxima epicycli longitudine.146.4.& per eadem maximam longitudinem excentricitatis ipsius gradibus Virginis.2.9.

¶Demõstratio excẽtricitatis Saturni & maximæ lõgitudinis eius. Cap.V.


SED IAM cum reliquum ad pertractandum hunc locum sit/ut stellæ Saturni inæqualitates & locos demõstremus.Primũ rursus ad maximæ lõgitudinis & excentricitatis considerationem tres(sicut etiam in aliis) stellæ situs/stationes/Ad medium solis motum diametraliter oppositas cœpimus.¶Quarum primam Astrolabicis obseruauimus instrumẽtis anno Adriani.11.Pachon.fm ægyptios die.7.Sequente.8.uesperi/fuitq; in libræ gradu uno & sexagesimis.13.¶Alteram anno Adriani.17.æpiphi fm ægyptios.18.Exacte autem oppositionis & tempus & locum per obseruationes præcedentes sequentesq; cœpimus/inuenimusq; fuisse post meridiem diei.18.quatuor horis.In gradibus Sagittarii.9.40.¶Tertiã oppositionẽ.20.Anno Adriani Messori fm ægyptios die.24.obseruauimus/tempusq; obseruationis exacte fuisse similiter cõputauimus in ipsa meridie diei.24.locum etiã in Capricorni gradibus.14.14.Prima igitur harum distantiarum quæ est a prima oppositione ad secundam annos continet ægyptiacos.6.& dies.70.& horas.22.& gradus apparẽtis stellæ motus.68.27.¶A secũda uero ad tertiam annos similiter ægyptiacos.3.& dies.35.& horas.20.& grad.similiter.34.34. Colliguntur autem medii fm longitudinem motus uniuersalius considerati temporis quidem primæ distãtiæ gra.75.43.secũdæ uero.37.51.¶His distantiis suppositis:quæ posita rursus sunt per idem Theorema/ut prius in uno excentrico demonstremus hoc modo.Designetur enim(ne sepius eadẽ repetamus) similis eiusdem demonstrationis descriptio/& quoniam.B.G.arcus excentrici.34.34.zodiaci gradus subtendere supponitur/erit profecto etiam angulus.B.D.G.hoc est.E.D.I. qui est in centro zodiaci/talium.34.34.qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti sunt.360.talium.69.8.quare arcus quoq; lineæ.E.I.talium erit.69.8.qualium est circulus qui.D.E.I.rectãgulo circũscribitur.360.linea uero.E.I.68.qualium est.D.E.quæ rectum angulum subtendit.120.Similiter quoniam arcus


De ♄ excẽtricitate

♄	1	13	♎
♄	9	40	♐
♄	14	14	♑



Ex codice græco







lineæ.B.G.37.52.graduum est.Erit etiã angulus.B.E.G.qui est in circũferentia taliũ 37.52.qualiũ duo recti sunt.360.& reliquus.E.B.I.angulus. 31.16.earũdem / quare arcus lineæ.E.I.talium erit.31.16.qualium est circulus qui.E.B.I. rectangulo circũscribitur.360.Linea uero.E.I.talium.32.20.qualium est.B.E.quæ rectum angulum subtendit.120.qualium igitur.E.I.linea demonstrata est.68.5.&.E.D.120.taliũ etiã B.E.erit.25?.41. ¶ Rursus quoniam arcus.A.B.G.totus.103.gradus & sexagesimã unam ex utraq; distantia collectos zodiaci subtendit.Erit etiam.A.D.C.angulus q̃ est in centro zodiaci talium.103.1.qualium quatuor recti sunt.360.qua propter angulus quoq;.A.D.E.qui deinceps est.76.59.earũdem erit / qualium uero duo recti sunt.360.talium.153.58.Quare arcus etiã lineæ.E.F.talium.153.58.qualium est circulus qui.D.E.F.rectangulo circũscribitur.360.ipsa uero linea.E.F. talium.116.55. qualium est.D.E.quæ rectum angulum subtendit.120. Similiter quoniam.A.B.G. arcus excentrici.113.35.graduum colligitur.Erit etiam.A.E.G.angulus qui est in circũferentia talium.113.35.qualium duo recti sunt.360.Erat autem etiam angulus.A. D.E.153.58.earũdem/& reliquus igitur.F.A.E.earũdẽ erit.92.27.Quare arcus quoq; lineæ.E.F.talium erit.92.27.qualium est circulus qui.A.E.F. rectãgulo circũscribit̃ 360.Ipsa uero linea.E.F.talium. 86.39.qualium est.A.E.quæ rectum angulũ subtendit.120.quare qualium.E.F.linea.116.55.demonstrata est/&.D.I.120.talium etiã erit.E.A.161.55. ¶ Rursus quoniã.A.B.Arcus excentrici graduum est.75.43. erit etiam angulus.A.E.B. qui est in circũferẽtia talium.75.43.qualiũ duo recti sunt.360. quare arcus etiam lineæ.A.T.talium erit.75.43.qualium est circulus qui.A.E.T.rectangulo circũscribit̃.360.Arcus uero lineæ.E.T.104.17.ad semicirculũ reliquorũ. Chordæ igitur etiã suæ.A.T.quidẽ talium erit.73.39.qualium est.E.A.quæ rectum angulũ subtẽdit.120.E.T.autẽ.94.45.earũdem/quare qualiũ.A.E.linea demõstrata est.161.55.&.D.E.120.talium &.A.T.erit.99.23.&.E.T.127.51.Fuit autem etiam tota.E.B.linea demonstrata.25?.41.& reliqua ergo.T.B.talium erit.124.50. qualium est.A.T.99.23.Est autem quadratum lineæ.T.B.15583.22.& quadratum lineæ.A.T. similiter.9877.3.quæ posita faciunt quadratum lineæ.A.B.25460.25.Erit ergo talium.A.B.linea per lõgitudinem.159.34.qualium erit.E.D.120.&.E.A.161.55.termiliter est autem ipsa linea.A.B.talium etiam.73.39. qualium excentrici diame.Si 120.propterea q̃ subtendit arcum graduum.75.43.qualium igitur est.A.B.linea.73 39.& excentrici diameter.120.taliũ etiam erit.E.D.linea.55.23.&.E.A.74.43.quare E.A.quoq; arcus excentrici graduũ est.77.1.Totus uero.E.A.B.C.190.36.Reliquus autẽ.G.E.169.24.Iccirco linea quoq;.C.D.E.taliũ erit.119.28.proxime qualium est excentrici diameter.120. ¶ Capiatur igitur excẽtrici cẽtrũ ĩtra portionẽ.E.A. C. quæ maior semicirculo est/& sit punctũ.C.ducatur per ipsum &.D.cẽtrũ.L.C.D.M. diameter quæ est per utraq; cẽtra/& ducatur a pũcto.C.ad lineã.G.E. perpẽdicularis ad circũferẽtiã usq; protracta.C.N.X.quoniã igitur qualiũ est.L.M.diameter.120.taliũ tota linea.E.G.demonstrata est.119.28.&.E.D.55.23.habebimus etiam reliquã.D.G 64.5.earũdem.quare quoniam rectangulũ quod cõtinẽ a lineis.E.D.&.D.G.æq̃le illi rectangulo est quod fit a lineis.L.D.&.D.M.habebimus etiam rectangulum L.D.&.D.M.linearum.3549.9.talium qualium est.L.M.diameter.120.Sed rectangulum linearũ.L.D.&.D.M.cum quadrato lineæ.D.C.facit quadratum semidiametri hoc est lineæ.L.C.Si ergo a semidiametri quadrato hoc est.3600. subtraxeris 3549.9.relíquetur nobis quadratũ lineæ.D.C.50.51. earũdem/erit ergo linea.D.C. quæ est inter centra.7.8.proxime per longitudinem/talium qualium est excentrici diameter.120. ¶ Rursus quoniam medietas lineæ.G.E.hoc est linea.E.N.talium ẽ 59.44.qualium.L.M.diameter.120.Demonstrata est autem. E.D. quoq; linea.55. 23.earũdem/habebimus etiam reliqua.D.N.talium.41.21.qualiũ erat.D.C.7.8.quare qualiũ est.D.C.quæ rectũ angulum subtendit.120.talium erit ipsa.D. N.73.11.& arcus suus taliũ.75.10.qualiũ est circulus qui rectangulo.D.C.N.circũscribitur.360. Angulus igitur etiã.D.C.N.taliũ erit.75.10.qualium duo recti sunt.360. qualiũ uero quatuor recti sunt.360.talium.37.35.Et quoniã in cẽtro excẽtrici est/habebimus etiã arcum.X.M. graduũ.37.35.Est autem etiam arcus.G.X.quæ ẽ medietas totius GX.E.gra.84.32.reliquus igitur etiam.G.L.qui est a minima longitudine ad tertiã


oppositionem graduum erit.57.43.Sed.B.G.quoq; arcus.37.51.eorũdem supponi tur.Et reliquus igitur.L.B.qui est a maxima longitudine ad secundam oppositio/ nem graduum erit.19.51.Similiter quoniã arcus.A.B.G.supponitur.75.habebimus etiam reliquum.A.L.qui est a prima oppositione ad maximam longitudinem gra. 55.52. ¶Quoniam ergo rursus cẽtrũ epicycli non in hoc excentrico fertur:sed in eo qui describitur centro quo.D.C.linea æqualiter diuiditur/& spatio lineæ.C.L. com putauimus consequenter sicut & in cœteris differentias distantiarum quæ in zodia co apparent tãq; proportiones æedem proxime sint/siquis epicycli motum ad præ/ designatum excẽtricum qui zodiaci inæqualitatem facit traduceret.Designetur eni in simili demonstratione primæ oppositionis descriptio ad præcedẽtia.L. maximæ figurata/Quoniã ergo.N.F.X.angulus æqualis sm longitudinem motus/hoc est angulus.D.F.I.taliũ quidẽ.55.52.demõstratus est/qualium quatuor recti sunt.360. qualium uero duo recti sunt.360.talium.111.44.etiam arcus lineæ.D.I.talium.111. 44.qualium est circulus qui.D.F.I.rectangulo circũscribitur.360.Arcus uero lineæ F.I.68.16.ad semicirculum reliquorũ.chordæ igitur etiam suæ.D.I. quidẽ talium erit.99.20.qualiũ est.D.F.quæ rectum angulũ subtendit.120.F.I.autem.67.20. ea/ rũdem.quare qualium est linea.D.F.quæ inter centra est.3.34.&.D.A.excentrici se midiameter.60.talium etiam erit.D.I.2.57.&.F.I.2.0. Quoniam igitur quadratũ lineæ.D.I.subtractum a quadrato lineæ.D.A.facit quadratum lineæ.A.I.habebi/ mus & ipsam.A.I.59.56.earũdem/similiter quoniam.F.I.linea æqualis lineæ.T.I. &.T.E.dupla ad.I.D.erit.A.T.tota talium.61.56.qualium est.E.T.5.54.Iccirco eti am.A.E.quæ rectum angulum subtendit.62.13.erit earũdem quare qualium est.A. E.quæ rectum angulum subtendit.120.talium etiam erit.E.T.11.21.& arcus suus tali um.10.51.proxime/qualium est circulus qui.A.E.T.rectangulo circũscribitur.360. Angulus igitur etiam.E.A.T.taliũ est.10.51.qualium duo recti sunt.360.


¶Rursus quoniam qualium est.E.T.linea.5.54.talium.F.X.quoq; semidiameter excentrici.60.&.F.T.linea.4.& tota.T.X.64.habebimus etiam.E.X.quæ rectũ an/ gulum subtendit.64.16.earũdem/qualium igitur est ipsa.E.X.quæ rectum subten/ dit.120.talium erit.T.E.11.2.& arcus suus talium.10.33.qualium est circulus qui rectangulo.E.T.X.circũscribitur.360.quare angulus etiam.E.X.T.talium est.10.33. qualium duo recti sunt.360.Fuit autem etiam angulus.E.A.T.demonstratus.10.51. Erit igitur etiam reliquus.A.E.X.differentiæ (quæ quæruntur)angulus talium.0. 18.qualium duo recti sunt.360.qualium uero quatuor recti sunt.360.talium.0.9. ¶Sed stella in prima oppositione apparebat in.A.E.linea gradum unum/&.13.se xagesimas libræ obtinens.Patet igitur si centrum epicycli non deferetur in circulo A.L.sed in.N.X.q; esset in puncto.X.ipsius circuli.N.X.appareretq;.E.X.linea præ/ cedens situm.A.puncti.9.sexagesimis.Obtineret igitur unum gradum libræ & sexa gesimas quatuor. ¶Designetur rursum secundæ oppositionis in simili demõstra/ tione descriptio ad successionem maximæ longitudinis figurata.Quoniam igitur N.X.arcus excentrici.19.51.graduum demonstratus est.Erit etiam angulus.N.F.X. tum ipse tum.D.F.I.qui est in uertice ipsius taliũ.19.51.qualium quatuor recti sunt 360.qualium uero duo recti sunt.360.talium.39.42.Quare arcus quoq; lineæ.D.I talium erit.39.42.qualium est circulus qui rectangulo.D.F.I.circũscribitur.360.Ar cus uero lineæ.F.I.140.18.reliquorum ad semicirculum. Chordæ igitur etiam suæ D.I.quidem talium est.40.45.qualium.D.F.quæ rectum angulum subtendit.120. chorda uero.F.I.111.52.earũdem/qualium igitur est.D.F.linea.3.34.&.D.B.semi/ diameter excentrici.60.talium etiam.D.I.erit.1.13.&.F.I.3.21.Et quoniam quadra tum lineæ.D.I.subtractum a quadrato lineæ.D.B.facit quadratum lineæ.B.I.erit etiam ipsa.B.I.59.59.proxime earũdem/& similiter quoniam.F.I.linea æqualis est lineæ.I.T.&.E.T.dupla ad.D.I.habebimus etiam lineam.T.B.totam talium.63. 20.qualium est.E.T.2.26.Iccirco etiam.E.B.quæ rectum angulum subtẽdit.63.23. earũdem/quare qualium est ipsa.B.E.quæ rectum subtendit.120.talium erit.E.T.4. 36.& Arcus suus talium.4.24.qualium est circulus qui.B.E.T.rectangulo circũscri/






bitur.360.& ſic angulus quoq; E.B.T.taliũ erit.4.24.qualium duo recti ſnnt.360. Similiter quoniam qualium eſt.X.F.ſemidiameter excentrici.60.talium.F.T.linea colligitur.6.42.erit tota linea.X.T.talium.66.42.qualium.E.T.ſupponebatur.2. 26.Iccirco eſt.T.E.X.quæ rectum angulum ſubtendit.66.45.earũdem erit. Qualiũ igitur eſt.E.X.quæ rectum angulum ſubtendit.120.talium.E.T.erit.4.23.& arcus ſuus talium.4.12.qualium eſt circulus qui.E.T.X.rectangulo circũſcribitur.360.quare angulus quoq;.E.X.T.talium eſt.4.12.qualium duo recti ſunt.360. Eſt autem demõſtratus angulus ẽt.E.B.T.4.24.earũdem/& reliquus igitur.B.E.X.0.12.earũdem erit.Qualium uero quatuor recti ſunt.360.talium.0.6.Patet igitur etiam hic quoniam in ſecunda oppoſitione ſtella apparens in.E.B.linea.9.46.gra.Sagittarii obtinebat.Quod ſi in linea.E.X.appareret.9.46.eiuſdem gradus obtineret.Fuit autem demonſtratum q; etiam in prima oppoſitione gra.1.& ſexageſimas quatuor libræ/ ſimiliter obtinuiſſet:quare perſpicuum eſt q; apparens diſtantia quæ eſt in prima oppoſitione ad ſecundam ſi ad excentricum.N.X.conſideraretur/ colligãtur.68.42. gradus zodiaci. ¶ Deſignetur ſimiliter tertiæ oppoſitionis deſcriptio in eadem cũ ſecunda lineatione.Quoniam igitur arcus.N.X.57.43.grad.demonſtratus eſt.Erit etiã angulus.N.F.X.hoc eſt.D.F.I.talium.57.43.qualium quatuor recti ſunt.360. qualium uero duo recti ſunt.360.talium.115.26.Quare arcus quoq; lineæ.D.I.talium erit.115.26.qualium eſt circulus qui.D.F.I.rectangulo circũſcribitur.360. Arcus uero lineæ.F.I.64.34.ad ſemicirculum reliquorum.Chordæ etiam igitur ſuæ.D. I.quidem talium erit.101.27.qualium eſt.D.F.quæ rectum angulum ſubtẽdit.120. F.I.autem.64.6.earũdem.Qualium igitur eſt.D.F.linea.3.34.&.D.C.ſemidiameter excentrici.60.talium quoq;.D.I.quidem erit.3.1.F.I.autem.1.54. ¶ Et quoniam rurſum quadratum lineæ.D.I.ſubtractum a quadrato lineæ.D.C.facit quadratum lineæ.C.I.habebimus etiã ipſam.C.I.59.56.earũdem.Similiter quoniam.F.I linea æqualis eſt lineæ.T.I.&.E.T.dupla ad.D.I.habebimus etiam totam.C.T.talium.61.50.qualium.E.T.linea colligitur.6.2.Iccirco etiam.E.C.quæ rectum angulum ſubtendit.62.8.earũdem erit.quare qualium eſt.C.E.quæ rectum ſubtẽdit.120. talium etiam erit.E.T.11.39.& arcus ſuus talium.11.9.proxime qualium eſt circulus qui.C.E.T.rectangulo circũſcribitur.360.Quare angulus quoq;.E.C.T.talium erit 11.9.qualium duo recti ſunt.360.Similiter quoniam qualium eſt.X.F.ſemidiameter excentrici.60.talium.F.T.quoq; colligitur.3.48.habebimus totam quoq; lineam.X.T.talium.63.48.qualium erit.E.T.6.2.Iccirco etiam.E.X.rectum angulum ſubtendentem.64.5.earudem/qualium igitur eſt.E.X.quæ rectum ſubtendit.120. talium erit.E.T.11.18.& arcus ſuus talium.10.49.qualium eſt circulus qui rectangulo.E.T.X.circũſcribitur.360.Quare angulus quoq;.E.X.T.talium erit.10.49.qualium duo recti ſunt.360.Demonſtratus autem eſt etiam.E.C.T.angulus.11.9.earũdem.Erit ergo reliquus quoq;.C.E.X.0.20.earũdem. Qualium uero quatuor recti ſunt.360.talium.0.10.quare quoniam in tertia oppoſitione ſtella in.E.C.apparens linea.14.14.Capricorni gra.obtinebat/patet quia ſi fuiſſet in linea.E.X.14.24. eiuſdem ſigni.gra.obtinuiſſet/eſſetq; rurſus apparens a ſecũda oppoſitione uſq; ad tertiam diſtantia ad excentricum.N.X.conſiderata gra.34.38.has diſtantias in eodem theoremate ſecuti inuenimus lineam quæ eſt inter centra zodiaci & eius excentrici qui æqualem epicycli motum continet lineam.E.F.talium.6.50.proxime qualium eſt excentrici ſemidiameter.60.Arcus autem eiuſdem excentrici illum quidem qui eſt a prima oppoſitione ad maximam longitudinem gra.57.5.illum uero qui eſt ab eadem longitudine ad ſecundam quidem oppoſitionem gra.18.38.ad tertiam uero.56.30. ¶ Suntq; rurſum etiam hinc exacte magnitudines expoſitæ adinuentæ/ propterea q; differentiæ arcuũ zodiaci æedem proxime ſuperioribus per hæc quoq; colliguntur/& apparentes diſtantiæ ſtellæ cum obſeruationibus congrue inueniuntur ſicut a ſimilibus aperte nobis patebit. ¶ Deſignetur enim primæ oppoſitionis figura in excentrico ſolum quo epicyclus defertur.Quoniam ergo.A.F.I.angulus 57.5.gradus excentrici ſubtendens talium eſt.57.5.qualium quatuor recti ſunt.360.







qualium uero duo recti sunt.360.talium/& ipse.D.F.I.angulus.114.10. erit etiam arcus lineæ.D.I.talium.114.10.qualium est circulus qui.D.F.I.rectangulo circũscribitur.360.Arcus uero lineæ.F.I.65.50.ad semicirculum reliquorum. Chordæ igitur etiam suæ.D.I.quidem talium erit.100.44.qualium est.D.F.quæ rectum angulum subtendit.120.F.I.autem.65.13.earũdem. Quare qualium est.D.F.linea quæ inter centra est.3.25.& .D.A.excentrici semidiameter.60.talium etiam erit linea D.I.2.52.&.F.I.1.51.& quoniam rursum quadratum liuneæ.D.I.subtractum a quadrato lineæ.D.A.facit quadratum lineæ.A.I.habebimus etiam ipsam.A.I.59.56.earũdem similiter quoniam linea.F.I.æqualis est lineæ.I.T.&.E.T.dupla ad.D I.habebimus etiam totum.A.T.talium.61.47.qualium.E.T.colligitur.5.44.Iccirco etiam.A.E.lineam quæ rectum angulum subtendit.120.talium etiam erit.E.T. 11.5.& arcus suus talium.10.36.qualium est circulus qui.A.E.T.rectangulo circũscribitur.360. Quare ãgulus quoq; E.A.F.talium eirt.10.36.qualium duo recti sũt 360.sed.A.F.L.angulus.114.10.supponebatur/& reliquus igitur.A.E.L.103.34.earũdem erit.Qualium uero quatuor recti sunt.360.talium.51.47. totidem ergo gradibus in prima oppositione maximam longitudinem stella præcedebat.


¶ Designetur rursum similis secundæ oppositionis figura.Quoniam igitur angulus.B.F.L.talium est demonstratus.18.38.qualium quatuor recti sunt.360. qualium uero duo recti sunt.360.talium & ipse angulus. D.F.I.37.16.erit & arcus.D.I. talium.37.16. qualium est circulus qui.D.F.I.rectangulo circũscribitur.360. Arcus uero lineæ.F.I.142.44.ad semicirculum reliquorum.Chordæ igitur etiam suæ D.I.quidem talium erit.38.20.qualium est. D.F. quæ rectum angulum subtendit 120.F.I.autem.113.43.earũdem/qualium igitur est.D.F.linea.3.25.&.D.B.semidiamidiameter excentrici.60.talium etiam erit.I.D.1.5.&.F.I.3.14.& quoniam quadratum lineæ.D.I.subtractum a quadrato lineæ. D.B.facit quadratum lineæ.B.I. habebimus etiam lineam.B.I.59.59. earũdem. Similiter quoniam.I.F.linea æqualis est lineæ.I.T.&.E.T.dupla est ad lineam.D.I.habebimus etiam totam.B.T. talium.63.13.qualium.E.T.colligitur.2.10.& iccirco etiam lineam.E.B.qua rectus angulus subtenditur.63.15.earũdem qualium igitur est ipsa.E.B. quæ rectum subtendit.120.talium etiam erit.T.E.4.7.& arcus suus talium.3.56.qualium est circulus q B.E.T.rectangulo circũscribitur.360.quare angulus etiam.E.B.F.talium erit.3.56. qualium duo recti sunt.360.Sed angulus etiam.B.F.L.37.16. earũdem suppositus fuit.Et reliquus ergo.B.E.I.earũdem erit.33.20. qualium uero quatuor recti sunt 360.talium.16.40.quare in secunda etiam oppositione.16.40.distare ad successionem a maxima longitudine stella profecto apparebat. Fuit autem demonstrata etiam in prima oppositione.51.57.gradibus eandem longitudinem præcedere. Colligitur ergo apparens a prima oppositione ad secundam distantiã qui ab eadem partę capiuntut.68.27.Sicut etiam per obseruationes habuimus.





¶ Describatur etiam tertiæ oppositionis figura:quoniam igitur angulus.G.F.L.talium.56.30.demonstratus est/qualium quatuor recti sunt.360. qualium uero duo recti.360.taliũ etiam ipse.&.D.F.I.113.erit etiam arcus lineæ.D.I.talium.113.qualium est circulus qui.D.F.I.rectãgulo circũscribitur.360.Arcus uero lineæ.F.I.67. ad semicirculum reliquorum.Chordæ igitur etiam suæ.D.I.quidẽ talium est.100. sexagesimarum q.4.qualium est.D.F.quæ rectum angulum subtendit.120. Arcus uero.F.I.66.14.earũdem/quare qualium est.D.F.linea.3.25. &.D.G. excentrici semidiameter.60.talium.D.I.quoq; linea erit.2.51.&.I.F.1.53.& quoniã rursus quadratum lineæ.D.I.subtractum a quadrato lineæ.D.G.facit quadratum lineæ.G.I. habebimus etiam ipsam.I.G.59.56.earũdem/similiter quoniam.F.I.linea æqualis est lineæ.I.T.&.E.T.dupla ad.D.I.habebimus totam.G.T.talium.61.49. qualiũ G.T.quoq; linea colligitur.5.42.Iccirco etiam.E.G.quæ rectum angulum subtendit.62.5.earũdem est/qualium igitur est ipsa.G.E.qua rectus angulus subtendiu.120. talium etiam erit.E.T.11.1.& arcus suus talium.10.32.qualium est circulus qui.G.E. T.rectangulo circũscribitur.360.Quare angulus etiam.E.G.T.talium est.10.32.qualium duo recti sunt.360.Quare angulus etiam.E.G.T.talium est.10.32.qualiũ duo











recti ſunt.360. Sed angulus quoq; G.F.L.113. earũdem ſupponitur: & reliquus igit C.E.L.102.28. earũdem erit: qualiũ uero quatuor recti ſunt.360. talium.51.14. tot ergo gradibus etiam in tertia oppoſitione ſtella diſtabat a maxima lõgitudine ad ſucceſſionem. Sed in ſecunda quoq; oppoſitione ab eadem longitudine ſimiliter diſtabat grad.16.40. quare apparens a ſecunda oppoſitione ad tertiam diſtantia.34.34. ipſius exceſſus graduum eſt ſicut rurſum per obſeruationes habetur. Verum quoniam ĩ tertia quoq; oppoſitiõe.14.14. Capricorni gra. ſtella obtinebat diſtabat q; a maxima longitudine ad ſucceſſionem gradibus.51.14. perſpicuum hinc eſt q̃ maxima excentricitatis eius longitudo.23. gra. Scorpionis obtinebat. Minima uero.23. Tauri per oppoſitionem. ¶ Quare ſi centro. C. epicyclum. T.I.C. deſcripſerimus: habebimus hinc medium a maxima excentrici longitudine motum epicycli ſecundum lõgitudinẽ demonſtratorũ graduũ.56.30. T.C. uero arcũ epicycli gra.5.16. propterea q̃ E.G.F. quoq; angulus taliũ.10.32. demõſtratus ſit/qualiũ duo recti ſũt.360. quare I T. quoq; arcus a maxima epicycli lõgitudine ad ſtellã.174.44. graduũ relíqtur. In tẽpore igit tertiæ oppoſitionis hoc eſt in.20. anno Adriani Meſſori (ſm ægyptios) die.24. ſtella Saturni ſm medios motus cõſiderata p̃ lõgitudinẽ qdẽ diſtabat a maxima excẽtrici lõgitudine gradibus.56.30. obtinebat q; Capri. gradus.19.30. Inæqualitatis aũt a maxima epicycli lõgitudine gra.174.44. quæ nobis erant inuenienda.


¶ Demonſtratio magnitudinis epicycli Saturni. Cap. VI.

